

1106 giugno 19, Riva, chiesa di S. Maria, sotto la *cortina*.

Alla presenza di Grimoaldo, arciprete della pieve di S. Maria di Riva, Severto, prete della stessa chiesa, abitante *in vico Brione*, Ulverado e Vito, affermando di vivere sotto il diritto longobardo, insieme con Giovanni da Riva detto *Gabadore*, avvocato di Severto, donano alla pieve di Riva sette olivi posti sul monte Brione.

Originale, ACR capsula 1 n. 4. Sul verso di mano del notaio rogatore: «Carta de ecclesia Sancte Marie de Ripa»; di mano del sec. XIII: «Carta possessionis oblate. Carta oblationis et donationis .VII. olivorum facte per Severtum presbiterum»; di altra mano sempre del sec. XIII: «que fuit in MCVI^o et est multum notandam propter antiquitatem».

Edizione: C. Trasselli, *Pergamene di Riva del XII secolo*, in «Archivi d'Italia e Rassegna internazionale degli archivi», VII (1940), n. 4, estratto, pp. 7-8.

Regesto: G.G. Tovazzi, *Inventarium Archivi Ripensis Civici*, manoscritto conservato nella Biblioteca Franciscana di Trento, ms. 17, e in copia presso la Biblioteca Comunale di Trento, ms. 163.

Pergamena in cattivo stato di conservazione. Slabbrature lungo entrambi i margini.

[In] nomine domini Dei eterni. Anni ab incarnatione Domini nostri **Iesu** Christi millesimo [cen]tesimo sesto et XIII kalendas iulias, indictione XIII. Ecclesia^a que est plebe Sancte Marie [de] Ripa. Nos [in] Christi nomine Severtus presbiter de ordine predictae ecclesie et plebis [Sancte Ma]rie qui sum abitor in vico Brione, in loco qui dicitur Vhecasti^b, et Ulverado [et V]ito germanis pater et filiis qui professi sumus nos omnes ex natione nostra lege vivere Longobardorum, sed propter onorem presbiterati mei qui supra Severtus presbiter lege vivere videor Romana, et una [cum] Iohannes de Ripa qui dicitur Gabadore avocato meo mihi consentiente et subterconfirmante, offertores et donatores ipsius predictae ecclesie et plebe Sancte Marie de Ripa presentes presentibus diximus **quis**^c in sanctis ac in venerabilibus locis ex suis **aliquot**^d contulerit rebus iuxta auctoris vocem in hoc seculo centuplum acci[p]iet et insuper quod melius est vitam possidebit **eternam**^e. Ideoque nos qui supra Severtus presbiter et Ulverado et Vito germanis pater et filiis ibi subtus [cor]tina de eadem ecclesia, presentia dominus Grimoaldus archipresbiter et Albericus Magino [conv]erso presbiter[orum]^f et ceteri ordinarii quamquam et in presentia testium qualiter hic subter legitur, donamus et oferimus et manifesti sumus in eadem ecclesia Sancte Marie pro animarum nostrarum mercedem, hii sunt **in integrum** olivis septem cum ablaciatura suorum de pedes quinque circuitu suorum per unumquemque qui sunt omnes raçe e iuris nostris qui positi sunt in loco **[Brioni]**; in primis duo qui sunt raçe qui positi sunt in Brione, in loco qui dicitur Nuvilliari, inante cas[am] heredibus quondam **a Vitale presbiter**, et tres qui sunt raçe qui positi sunt in Olivedo, in loco qui dicitur Supra Bra[çolum], qui nobis advenit per investituram ab Arcombaldo de Ripa; alii duo qui siti sunt inante domus de suprascriptus Severtus presbiter in loco qui dicitur Subtus Bezasi, una cum accessionibus eundi [et re]deundi et ingressibus seu cum superioribus et inferioribus suis qualiter supra legitur in integrum. Al[ia] die in eadem ecclesia Sancte Marie donamus et offerimus et per presentem cartam offersionis ibidem ha[ben]dum confirmamus faciendum exinde pars ipsius ecclesie aut cui parti ipsius ecclesie dederit proprietario nomine quicquid voluerit sine omni nostra et heredum nostrorum contradicione. Quidem spondimus ac promittimus nos qui supra Severtus presbiter et Ulverado et Vito germanis pater et filiis una cum **[nostris]** heredibus parti ipsius ecclesie aut cui pars ipsius ecclesie dederit suprascriptis olivis qualiter su[pra] legitur in integrum ab omni homine defensare, quod si defendere non potuerimus aut si parti ipsius ecclesie exinde **aliquot** per covis ingenium subtrahere quesierimus tunc in duplum ipsis predictis olivis se[ptem] parti ipsius ecclesie aut cui pars ipsius ecclesie dederit restituamus, sicut pro tempore [sint] meliorati aut valuerint sub extimacione in consimilibus locis. Et propter honorem p[resbiterati mei qui] supra Severtus presbiter nec mihi liceat ullo tempore nolle quod

^a E *capolettera*.

^b Vhecaste in *Trasselli*.

^c quis *ripetuto nel ms.*; quod si quis in *T*.

^d aliquantum in *T*.

^e aeternam in *T*.

^f (...)verso presbiteri (...) in *T*.

volui sed quod ad me semel fac[tum et] conscriptum^g est inviolabiliter conservare promitto cum stipulacione subnixa. Hanc enim cartam off[ersi]onis me paginam Maginelmus notarius tradidit et scribere rogavit, in qua hic sum confirmans testibus quam obtulit ad roborandum.

Actum subtus suprascripta cortina Sancte Marie feliciter.

Ego^h Severtus presbiter in hanc cartam offersionis a me facta manibus mei subscripsi.

Signum + manu suprascriptus Iohannes [qui] dicitur Gabadore avvocatoⁱ eidem suprascriptus Severtus presbiter consensit ut supra.

Signum +^j manibus Tedaldo filio Vuazo de Ripa, Genanno, Bonetenpus germanis filiis quondam Ioh[annis],[Ci]prianus minore, Vito filius quondam Alderadi, omnes viventes lege romana testes.

[S]ignum + pro inposicione manuum Daiverto filius quondam Remerço de Liçoli, Eriço filiu[s] Rustici de Brione, Bono de Ripa, Regenpreto Brentinus de Dromo testes.

(S) Ego qui suprascriptus Maginelmus notarius domini imperatoris rogatus qui hanc cartam ofersionis scripsi et post traditam complevi.

II

1186 febbraio 23, Riva, in una casa dei preti di Riva.

Mastro Caxoto, Alberto diacono e prete Obizzo, chierici della chiesa di S. Maria di Riva, investono i fratelli Pietro e Omodeo, figli del fu Bosio *de Feraria* da Arco, di tredici appezzamenti di terra arativa posti in diverse località (*Arethol, Coghol, Pecia Longa, Clarola, Brata, Plazolo*) del Basso Sarca (il documento non specifica se essi si trovino nel territorio di Riva o di Arco) per un affitto annuo di dodici galette di cereali (quattro di segale, quattro di milio e quattro di panico).

Copia autentica, ACR capsula 1 n. 1, redatta nei primi decenni del XIII secolo dal notaio Calapino e sottoscritta da lui, dal notaio Rivano e dal notaio Bertoldo. I tre notai compaiono come rogatori di altri atti qui trascritti: Calapino negli anni 1214, 1224 e 1226 (nn. 4, 7, 9); Rivano nel 1229 (n. 13); Bertoldo negli anni 1228, 1240 (nn. 11, 17). Dopo l'indicazione di copia autentica posta all'inizio del documento: «Exemplum ex autentico relevatum», le formule di autenticazione delle sottoscrizioni notarili hanno il seguente tenore:

«(S) Rivanus^k notarius sacri palacii^l autenticum uis exempli vidi et legi et me suscripsi.

(S) Ego Bertoldus notarius sacri pallatii hautenticum huius exempli vidi et legi et ut in eo continebatur ita ut in isto continetur exemplo nil addens vel minuens quod sensum mutet preter literam vel silbam et me subscripsi.

(S) Ego Calapinus notarius sacri pallacii autenticum huius exempli vidi et legi, nil additum vel diminutum preter literam vel silbam quod mutet sensum^m nisi sicut in eo continebatur ita et in isto legi exemplo, hoc exemplum exemplavi et me subscripsi». Sul verso di mano del sec. XIII: «Carta locationis possessionum de Arco notata est».

Edizione: C. Trasselli, *Pergamene di Riva*, pp. 8-9.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 1.

Pergamena in buono stato di conservazione.

(S) Anno Domini M.C.LXXXV., indictione IIII, die dominico sexto exeunte mense f[ebruarii], in Ripa, in quodam domo presbiterorum Ripe. [In] presentia ...ⁿ Hoçii filii Erçii etiam Pencii, Iohannis, Andree et Gafarelli, qui ad hoc ro[gat]i fuerunt testes. Ibique magister Caxotus et Albertus diaconus et presbiter Obiçonus fratres et clerici ecclesie Ripe per se et per suos successores investiverunt in perpetuum nomine locacionis Petrum et Omedeum fratres filios condam Bosii de Feraria de Arco in se et in suos heredes tantum de XIII peciis terre arative. Prima pecia iacet in Arethol, a mane filiii Randegi, a meridie Widus, a sero via, a monte Ardoinus; secunda pecia iacet in Coghol, a mane via, a meridie Faba, a sero via, a monte Berdonus; tercia pecia iacet in Pecia Longa, a

^g scriptum in T.

^h Preceduto dalla croce.

ⁱ Spazio bianco di 2 cm.

^j Qui come in seguito compare un segno di sottoscrizione.

^k Precede Anno millesimo cassato con tratto sottoscritto. Anno Oto rivanus in T.

^l interfui cassato con tratto sottoscritto. T. lo conserva erroneamente nella trascrizione.

^m preter literam vel silbam quod mutet sensum ripetuto nel ms. Ripetizione trascritta in T.

ⁿ Lacuna di alcune parole, cioè dei nomi di alcuni testimoni.

mane Montenarius, a meridie Ribaldinus a sero via, a monte episcopus; quarta pecia iacet in Clarola, a mane via, a meridie episcopus, a sero Walbrunus, a monte episcopus; quinta pecia iacet in Brata, a mane via, a meridie Roçius, a sero Grimaldus, a monte episcopus; VI pecia iacet in Plaçolo, a mane Roçius, a meridie Botinus, a sera braçolus, a monte filii Botini et domina Grisla et Roçius et ecclesia Ripe^o; VII pecia iacet similiter in Plaçolo, a mane Roçius et a meridie ecclesia Ripe, a sero illi Botini, a monte via^p. Octava pecia iacet similiter in Plaçolo, a mane braçolus, a meridie Oto Pasir***^q, a sero episcopus, a monte Roçius; nona pecia iacet similiter ibi, a mane filii Botini, a meridie filius Botini, a sero Roçius, a monte filius Botini; X pecia iacet similiter iacet in Plaçolo, a mane **Omnebonus** de Botino, a meridie et sero Çucus, a monte Oto Pascironi; XI pecia iacet ibi prope similiter, a mane et a meridie via, a sero Domafollus, a monte Antolinus et Omedeus; XII pecia iacet similiter ibi in Plaçolo, a mane via, a meridie **Omnebonus** Botini, a sero Antolinus, a monte Roçius; XIII pecia iacet similiter Plaçolo, a mane Litoldus et Lancius, a meridie filii Botini et episcopus et Roçius, a sero Oto Pascironi, a monte via, ad fictum reddendum omni anno perpetualiter predictis dominis et suis successoribus ad sanctum Micchaelem vel ad octavam duodecim galetas segetis: IIII galetas siliginis, quatuor galetas milei et IIII panicii et si non persolverit predictum fictum ad predictum terminum debet induplare eiusdem anni infra unum mensem ultra terminum alia superimposita eis fieri non debet nisi tenerent fictum IIII anni debent cadere a locacione et insuper predicti domini promiserunt per stipulacionem per se et suos successores predictis fratribus suisque heredibus predictae pecie de terra ab omni homine defendere sub pena dupli dampni in consimili loco, ad galetam Ripe et debent ducere Ripe et domini postea, in predicto anno, in uno die dominico qui fuit de mense augusti, in presentia Pigoçii et Riprandini Scolari et Feraguti et Wariberti et Nobolini et aliorum. Ibi dominus ***^r calonicus archipresbiter predictae ecclesie investivit predictos fratres de predicta terra ad predictum fictum et confirmavit cartam^s - debent dare comedere II homini - fratres sui fecerant eis de predicta terra

Ego Pinus notarius domini Federici imperatoris interfui et rogatus a predictis fratribus scripsi.

^o a sero illi Botini *cassato*.

^p via *sopra il rigo*.

^q Spazio bianco con relativa omissione di un frammento della parola; colmabile con Pasir[oni].

^r Spazio bianco con omissione del nome dell'arciprete. Probabilmente Romanus, come nel documento successivo.

^s Dopo carta compare un segno di richiamo rappresentato da tre punti disposti a triangolo, che è ripetuto dopo predicta terra seguito da debent dare comedere II homini. Abbiamo quindi deciso di collocare qui l'inserito.

1189 dicembre 4, Riva.

Romano, arciprete della chiesa di Riva, consenzienti mastro Caxoto, prete Obizzo e Alberto diacono, chierici della pieve stessa, investe Patena figlio di Girardo da Arco, abitante in località Mogno, di due appezzamenti di terra arativa, posti rispettivamente in località *Pedre* e in località Carobi, per un affitto annuo di una galeta di frumento, secondo la galeta di Riva.

Copia autentica, ACR capsula 1 n. 2, redatta nella seconda metà del XIII secolo (*terminus ante quem* l'anno 1272) dal notaio Giacomino (egli compare come rogatore di altri atti qui trascritti, negli anni 1274, 1278, nn. 47, 51), sottoscritta da lui e dal notaio Giovanni (che si identifica come notaio di re Enzo o Enzo, il figlio naturale di Federico II di Svevia morto a Bologna nel 1272). Dopo l'indicazione di copia autentica posta all'inizio del documento: «Exemplum ex autentico relevatum», le formule di autenticazione delle sottoscrizioni notarili hanno il seguente tenore:

«(S) Ego Iohannes domini regis Encii notarius autenticum huius exempli vidi et legi, hac excultavi et ut in eo continebatur ita **et** in isto continetur exemplo nil additum nec diminutum exceptis literis seu pontis quod sensum mutet et signum meum aposui et me subscripsi.

(S) Ego Iacobinus sacri pallatii notarius autenticum huius exempli vidi et legi ac exemplavi, et ut in eo continebatur ita et in isto continetur exemplo, nil additum nec diminutum exceptis his literis seu pontis quod sensum mutet, et signum meum aposui et me subscripsi». Sul verso di mano del sec. XIII: «Carta locationis antiqua in Arco».

Edizione: C. Trasselli, *Pergamene di Riva*, pp. 9-10.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 1.

Pergamena in discreto stato di conservazione.

(S) Anno Domini M.C.LXXXVIII., indictione .VII., die lune IIII intrante mense decembri, in Ripa, in presentia Ribaldini Sclaris de Bono et Biniamini medici et Ferandi et Warinberti qui^t rogati testes. Ibiq[ue] dominus Romanus archipresbiter ecclesie Ripe pro parabola suorum fratrum magistri Caxoti et presbiteri Obiçonis et Albertti diaconi ut ***^u et archipresbiter profesus fuit se lege vivere romana^v, per se et suos sucesores investivit Patenam filium Girardi de Arco ubi dicitur Mogno^w in se et suos heredes duas pecias terre aratorie in perpetuum; prima pecia iacet Pedre, a mane via, a meridie Literius, a monte^x Enricus; secunda pecia iacet^y Cadrobyo^z, a mane via, a meridie Enrichus, a sero Mognolinus; et hoc cum omni superhabente et cum omni accensione infra suas confines, ad fictum redendum omni anno ad festivitatem sancti Michaelis VIII dies ante vel VIII post unam galetam furmenti ad galetam Ripe in loco Ripe, si non autem induplare eiusdem anni, et in super promisit predictus archipresbiter per se et per suos fratres et per suos sucesores predicto Patene et suis heredibus tantum predictae pecie terre ab homine defendere sub pena dupli dampni secundum quod pro tempore fuerit re meliorata aut valuerit et sub extimatione in consimili loco ab omni vim, arbitrium. Et in super confesus fuit predictus archipresbiter se accepisse locacione antedictae^{aa} terre a predicto Patene .V. solidos denariorum bonorum Veronensium.

(S) Ego Pinus notarius domini Federici imperatoris interfui et rogatus a predicto archipresbitero scripsi.

^t quod *corretto* in qui.

^u *Spazio bianco di 3 cm.*

^v *romanam nel ms.*

^w *Mogio in T.*

^x *ante in T.*

^y *iacent nel ms. e in T.*

^z *Carobyio (?) in T.*

^{aa} *predictae in T.*

1194 maggio 4, Lizzana, presso la pieve.

Montenariorum da Corgnano vende a Torrongino e ai suoi fratelli figli del fu Vito da Isera sei appezzamenti di terra posti nel territorio di Isera e la quarta parte di sei piante di noce poste a Folas al prezzo di 4 lire e 5 soldi di denari veronesi.

Originale, ACR capsula 1 n. 3.

Edizione: C. Trasselli, *Pergamene di Riva*, pp. 10-11.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 1.

Pergamena in discreto stato di conservazine.

(S) In Christi nomine. Anno Domini M.C. nonagesimo .IIII., indictione .XII., die mercurii IIII intrante mense madii. Constat me Montenarium de Corgnano, qui professus sum lege vivere Romana, accepisse sicut in presentia testium manifestus sum quod accepi a te Torongino et a fratribus tuis filiis condam Vitti de Iscera denariorum correntium Veronensium .IIII. libras et .V. solidos finito precio sicut inter nos convenimus nominative de sex peciis terre que iacent in teritorio Iscere, et de quarta partes de sex nogare que iacet a Folas, et de sua porcione unius nogare que est iusta domum, a meridie et a m[ane]^{bb} ...di et de Folasco; prima pecia iacet a la Longagna, coeret ei a mane Aldolinus filius condam Randegerii et a sera Maratus^{cc} ...us; secunda iacet in Baglono, a mane via, a meridie Petrus; III peça iacet in Plaçet, a mane Maragnola, a sera Marattus^{dd}; IIII in Plaçe, a meridie et a sera Marattus de Folasco; V in Plaçe, a mane Iohanes Capel de Corgnano, a sera Adelperus de Plaçe; VI peça iacet in loco ubi dicitur Suver Olem, a mane Iohanes, a sera Simeonus de Ruugano, sibique alie sunt coerentie. Quam autem suprascriptam terram et nogares nulli alii venditam, donatam, obligatam nec alienatam nisi vobis, ego suprascriptus Montenarius tibi suprascripto Torrongino vice et nomine aliorum^{ee} tuis fratribus pro predicto precio vendo, trado, cedo, confero, et per presentem cartulam vendicionis in vobis habendum confirmo, faciendo exinde vos et heredes vestri aut cui vos dederitis una cum accesionibus et ingresibus seu cum superioribus et inferioribus suis qualiter supra legitur in integrun iure et proprietario nomine quicquid volueritis sine omni mea meorumque heredem contradictione, et insuper promitto precedente interrogatione cum stipulacione subnixa per me et per meos heredes vobis vestrisque heredibus aut cui vos dederitis suprascriptam terram et nogares ab omni homine defendere et varentare non potero aut per aliquod ingenium subtraere quesiero tunc promitto per me et per meos heredes vobis vestrisque heredibus aut cui vos dederitis predictam terram et nogares in duplum componere sicut pro tempore fuerit melioratam aut valuerit in estimacione bonorum hominum in consimili loco.

Actum est hoc iusta plebe Luçane, interfuere Amabonus caligarius de Iscera et Ottolinus filius Galiane de Sacco et Girardinus eius frater et Isolanus filius Simeonis de Riviano teste rogati.

Ego Graciadeus sacri palatii notarius interfui et hanc cartam scripsi.

^{bb} meridie ...ar... in T.

^{cc} Maratus sopra il rigo.

^{dd} Muratus in T.

^{ee} aliorum frutto di correzione di aliis.

1202 dicembre 17, Brescia, nella chiesa di S. Maria *de Dom.*

Il *miles* bresciano Milo di S. Gervasio, delegato da Filippo di Svevia, re di Germania, nella causa vertente tra la comunità di Riva, rappresentata dal suo sindaco Graziadeo, e quella di Arco, interroga Tancredino da Arco, sindaco della comunità archese, che rifiuta di riconoscere la sua giurisdizione.

Originale, ACR capsula 2 n. 44.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 19.

Pergamena in buono stato di conservazione.

(S) In Christi nomine. Die martis .XV. exeunte mense decembri. In ecclesia Sancte Marie de Dom civitatis Brixie, in presentia domini Petri Vilani causidici, domini Marchesii de Carpano et domini Iohannis de Cernia causidicorum, Iohannis de Waferlanda et Alberti Ranze et Antolini et Malcoredi de Ripa aliorumque plurium testium rogatorum. Dominus Milus Sancti Gervasii Brixienis miles, a domino Philippo Romanorum rege delegatus in causa que vertebatur inter universitatem Ripe per Graciadeum eius syndicum ex una parte et universitatem sitam apud castrum Arci ex altera, sepe et sepius interrogavit Tancrethinum de Arcu, filium Bertoldi de Terlacu, si erat syndicus constitutus in causa predicta vel legitimus defensor; vel volebat satisdare ipse vel alius prout rogatus **dictat** de defendenda predicta universitate Arci, dicens etiam ei et eis qui cum eo erant, quia si syndicus ibi esset vel alius defensor legitimus, quod volebat ei dare cartam sindicatus hominum Ripe, quam Gratiadeus syndicus Ripe ibi dederat eidem domino Miloni, et etiam instrumentum litterarum commissionis domini Philippi Romanorum regis et alias cartas ad causam pertinentes. Qui Tancrethinus et alii qui cum eo erant ad hoc responsum non dedit. Item interrogavit eum dominus Milo si volebat dare pignus vel subicere se iurisdictioni sue. Qui respondit se recusare eum et nolle sub eo stare. Anno Domini .M. CC. secundo, indictione .V.

Ego Robertus notarius filius condam Petri de Canonica interfui omnibus suprascriptis et mandato illius Milonis atque rogatus hoc instrumentum complevi et scripsi.

1202, dicembre 18, Brescia.

Il *miles* bresciano Milo di S. Gervasio, delegato da Filippo di Svevia, re di Germania, nella causa vertente tra le comunità di Riva ed Arco riguardo al diritto di proprietà e di sfruttamento delle due località denominate Linfano e Credaccio, emette una sentenza a favore della comunità di Riva, rappresentata dal suo sindaco Graziadeo figlio del fu Vitardo.

Originale, ACR capsula 2 n. 12.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 7.

La pergamena risulta scomparsa dall'Archivio Comunale di Riva. Ne riportiamo il regesto redatto dal Tovazzi.

Anno 1202, indictione 5, die Merc. 14 exeunte decembri, Brixiae. Millo de Sancto Gervasio Brixienis Miles, a domino Philippo Romanorum Rege delegatus sententiam tulit pro Universitate terrae Ripae contra Universitatem sitam apud Castrum Archi circa possessionem et proprietatem Lifani et Credatii, cum esset Syndicus Rippae Gratiadeus filius quondam Vitardi.

1211 agosto 7, Riva, nella chiesa di S. Maria.

Bexoino, Aldrighetto e Galiciano di Persenaldo, consoli di Riva, assieme ad oltre duecento *vicini* e abitanti della comunità eleggono Quintano, console di Riva, loro sindaco-procuratore nella controversia con la comunità di Pranzo per lo sfruttamento dei monti Englo e Tombio, nell'affittare la località denominata Credaccio e nel rivendicare il possesso della località denominata Linfano e dello stesso Credaccio.

Copia autentica, ACR capsula 2 n. 96-b, redatta il 20 luglio 1338 a Riva dal notaio Perino su incarico del notaio Giovanni del fu Bertoldo da Riva, vicario e giudice in Riva per Corrado di Seiano, podestà di Riva per il capitolo della chiesa di Trento, e per volere di Giovannino de fu Contrino da Riva, sindaco e procuratore della comunità di Riva, ed autenticata contemporaneamente dai altri quattro notai di Riva. La copia è esemplata su una copia autentica di Viviano, notaio del re Enrico, che a sua volta l'aveva esemplata su una copia autentica di Ottobono, notaio del re Federico. La formula di autenticazione ha il seguente tenore:

«(S) In Christi nomine. Anno eiusdem millesimo CCC XXXVIII, indictione VI, die vigesimo mensis iulii, in Rippa, sub domum comunis, presentibus discretis viris ser Nicolao condam ser Iohannis condam domine Lene de Rippa, magistro Brexano ciruico de Brexano nunc habitatore Rippe, Andrea notario condam Alberti dicti Bergamini de Rippa testibus et alliis quam pluribus. Hoc est exemplum ex autentico relevatum per me Perinum notarium infrascriptum, scriptum sub signo et nomine Viviani domini Henrici regis notarii, de mandato et licentia domini Iohannis vicarii infrascripti, instante Iohannino condam domini Contrini de Rippa tamquam sindaco hominum et comunitatis dicte terre Rippe. Coram infrascripto domino Iohanne vicario infrascripto productum, insinuatum et lectum ac ascultatum in iudicio per me Perinum notarium infrascriptum una cum notariis infrascriptis; cum ipso eius autentico concordare exemplo ut huic presenti exemplo plena fides adybeatur de cetero suam et domini episcopi Tridentini seu capituli maioris ecclesie Tridentine et ipsius ecclesie eius catedrali et episcopali sede vachante auctoritatem interposuit et decretavit.

Ego Perinus de Rippa, notarius sacri palatii ac notarius ad officium discreti viri domini Iohannis notarii condam Bertoldi de Rippa, vicarii et ius reddentis in dicta terra Rippe pro nobili et potente milite domino Conrado de Scenano, honorabili potestate Rippe sub capitulo ecclesie Tridentine ipsius episcopali sede vachante hoc exemplum ex autentico scripto exemplo sub signo et nomine Viviani domini Henrici regis notarii suprascripti, de mandato et licentia domini Iohannis vicarii suprascripti, instante rogatione Iohannini condam domini Contrini notarii de Rippa tamquam sindici hominum et comunitatis dicte terre Rippe, diligenter et bona fide relevavi, sumpsi et exemplavi, nil addens vel minuens eius quod in ipso eius autentico exemplo scriptum inveni, nisi forte punctum, literam vel silabam quod sensum vel sententiam mutet, hoc quoque exemplo, coram ipso domino vicario in iudicio ducto, lecto et ascultato per me notarium una cum infrascriptis notariis cum eius autentico exemplo cognito que cum eo concordare, meum signum supra posui et me una cum infrascriptis notariis subscripsi in huius exempli fidem plenam h[abe]ndam.

(S) Ego Francischus de Ripa, notarius sacri pallatii, hoc exemplum ex autentico exemplo relevatum dilligenter una cum suprascripto Perino notario et infrascriptis Gerardo, Benevenuto dicto Bochaçino et Francisco condam Alberti condam domini Rivabeni notariis de Ripa ascultavi et legi coram dicto domino vicario, et quia hoc exemplum concordare inveni cum ipso eius autentico exemplo, de mandato dicti domini vicarii, una cum suprascriptis notariis, in plenam fidem huius exempli me subscripsi et signum meum apposui consuetum.

Ego Gerardus filius condam domini Çilberti de Brutis de Teiono nunc habitator Rippe imperiali auctoritate notarius hoc exemplum^{ff} ex authentico relevatum^{gg} exemplo diligenter et fideliter una cum suprascriptis Perino et ser Francisco notariis et infrascriptis Bochaçino et Francissco notariis de Ripa vidi, legi et ascultavi coram dicto domino Iohanne vicario et quia hoc exemplum concordare inveni cum authentico exemplo, de mandato dicti domini vicarii, una cum suprascriptis notariis et infrascriptis notariis in plenam fidem huius exempli me in testem subscripsy.

(S) Ego Benevenutus dictus Bochacinus de Ripa imperiali [auctoritate] notarius hoc exemplum ex autentico exemplo relevatum una cum suprascriptis Perino, Francisco et Gerardo ac Francisco infrascripto notariis, coram dicto domino vicario legi et ascultavi et quia utrumque concordare inveni meum signum apposui unaque cum suprascriptis notariis me subscripsi in testem in plenam fidem huius exempli de mandato domini vicarii suprascripti.

^{ff} exemplum *sopra il rigo*.

^{gg} relevatum *sopra il rigo*.

(S) Ego Franciscus filius quondam ser Alberti quondam domini Rivabeni Pecii de Ripa imperiali auctoritate notarius hoc exemplum ex autentico exemplo relevatum diligenter una cum suprascriptis Perino, Francissco et Gerardo ac Bochacino notariis, coram dicto domino vicario legi et ascultavi et quia utrumque concordare inveni meum signum apposui unaque cum suprascriptis notariis, me subscripsi in testem in plenam fidem huius exempli de mandato domini vicarii suprascripti.

Anno Domini a nativitate MCC.XI, indictione XIII, die dominico **septem** intrante mense augusti, in Rippa, in ecclesia Sancte Marie, in presentia Belençani de **Cavra** in Sacho et Iohannis de Lando de Laçisio et Otolini de Ganço eiusdem loci et Mainardi de Materno et Degelwardi de Calino et aliorum testium rogatorum. Ibique Bexoinus et Aldrigetus et Galicianus Persenaldi consules Rippe et Lafranchus de Rubeo, Odoricus condam Riprandi, Bertolameus Narigosi, Otebonus domine Stadaie, Drogus et Bonaventura de Soço, Redulfinus de Braçaliono, Pigocius de Seiano, Bertolotus de Palma, Ancus, Rivanus Mençoli, Galicianus Omneboni, Carlaxarius, Ligasius, Belafaremus, Otolinus **Barberius**, Liaçarius Maxi, Dodus, Ugolinus **Barberii**, Albertus Bondonie, Senetus, Amicus, Otolinus Gabaldiani, Beroia, Iohannesbonus, Mugonus, Cuchus bibulcus, **Isgnaldus**, Marcius, Oliverus, Lundus, Margarotus, Rivanus Çucheli, Rivanus Obicelli, Iohannes condam Otonis de Paxirono, Rivanus de Erço, Tebalдинus, Albertinus Nigreli, Albertinus domini Alberti Bonvecini, Iohannes Berocus de Nicolao, Braçalionus, Martinus, magister Rivanus Castelada, Pelegrinus massarius, Trentinus de Flaveo, Garcetus, Rivanus filius Peçadeventre, **Albertinus Tonssus**, Pelegrinus gener Viti, Omnebonus Alberti de Brixia, **Oddus** de Adelaxia, Frogerius de Almengoso, Iacobus Borçage, Otobonus Belastele, Armenardus Bonecose, Iacobinus **Bonilohannis**, Iohannetus condam Walidi, Anselisius, Martinus Altecheri, Xigebotus, Patinus, Girardinus **Bonilohannis**, Bonainsigna de Aichebono, **Bulpis**, **Tridentinus Navilie**, Petrus Ymelde, Gratiadeus Witardi, Videstinus, Odelricus, Xandrinus, Albertinus Otoboni, Albertinus de **Verona**, Bonaventura de Aniço, Gabrielus, Albertinus de Balduino, Ribaldus, Guardus, Belençanus Bagochi, Iohannes Xorni et eius filiaster **Delaidus**, Albertinus filius Antolini, Bechedinus, Ceredellus, Otolinus filius Cope, Tridentinus de Episcopo, Maxius, Albertinus qui non **comedit carnes**, Armanus de Flaveo, DegeloWardus de Henrico, Bonefacinus, Odolinus **Vivendoni**, **Bastardus** Andricie, Bonainsigna de Persega, Petrus filius Çenelli, Bellettus, Bertolameus Bertoldi, Manfredinus, Frocerius Nicolai, Albertus Lanci, **Rivanus Castelada**^{hh}, Bontempus Dominici, **Graciadeus** Talachese, Otolinus **Bugus**ⁱⁱ, Balduinus Salamonis, Iacobinus de Ospitale, Albertinus Riprandi, Benevenutus de Gavardo, Richebonus, Açolinus, Omnebonus Bertoldi, Iacobinus de Baino, Delavantius Marcii, Martinus, Ranboldus, Musca Broni, Redulfinus caligarius, Odoricus, **Visilanus**^{jj}, Vivianus Merlini, Iohannes Madii, **Omnebonus Scophanus**, magister **Lafranchus**, Rivanus Spinaboti, **Baçus**, Frogerius Laçisii, Bertoldus teotonicus, Marcoardus de Gisloldo, Omnebonus de Peça de Ventre, Omnebonus Quintani, Martinus de Bentina, Ventra Lancii, Balesterius, Galina, Iacobus de Iohanne, Comes Palme, Otebellus Geme, Bastardus Boçe, Frogerius Marini, Rivanus Grasse, Bocheramus, Vivianus Venderande, Griffolinus, **Albertus** Bontempi, Trafilisius, Gabrielus, Bonusvicinus Riprandi, Bernardus Palme, Otebonus Renoardi, Bastardus Gisle, Belençaninus, Videstus de Videdo, Otolinus de Saxo et eius socius Adelperius, Rivanus Reddulfii, Salvaterra, Rivanus Peça de Ventre^{kk}, Gonpus Rivani, Rolandinus, Vivionus de Venderanda, Soleta, Galicianus Manuelis, Çanarinus, Odelricus Gisle, Sola, **Guiliemus**, Venturela, Longus, Çenarius, Rodolfinus Palme, Malus, **Oxellus**, Mugarus, Rivanus Ardoini, Durentus Castelate, Brucelesius, Albertinus Bonardi, Ranbaldus, Tridentinus Madii, Iohannes Malfati, Rivanus Episcopi, Merus, Gualterus, Girardus Guarnerii, Iohannes **de Teiono**, **filius Çoanele**, Iohannesbonus Çucheli, Tocus, Amicus, Iacobinus Resiculi, Bronçolus, Aselisius Marcoardi, Brentela, Bonusincontrus, Peçeta, **Meninus**, **Bonadomane**, Tridentinus Piçoli, **Bonatus** Cigale, Pax de Gargnano, Arduinus Panis Infranti, Carlaxalius de Gualferio, Bonaventura Alberti, Panevinus, Bertoldus de Raço, Bastardus mullaterius, Baius, Bastardus Rivani, Beffa, Latavecla, Reddolfinus Malconredi, Aychebonus Oteboni, Omnebonus Martini, Bontempus Castelade, Gnaldus barilarius, Mucius, Martinus, Ninçola, Dominicus Seneci et eius frater Iacobus, Gislenconus, Gnardus barilarius^{ll}, Bondus, Odelricus Alberti, Sotus, Iohannes de Rivana, Omnebonus Birençoli, Angelicus, Lodranus, Guacius, Bonusvicinus Stadaie, Brixaninus Rubei, Pigocius, Otobellus Lancii, Vitallis de Roçeta, Teutaldus, Bavosius, Omnebonus Vivioni, Persenaldus, Petrus Otoboni, Albertinus Boneinsigne inimicus Çaçà, Belinus, Iohannes

^{hh} *Il medesimo citato in precedenza come magister Rivanus Castelada o altro?*

ⁱⁱ *Lettura incerta, forse Bisilanus*

^{jj} *Lettura incerta*

^{kk} *Il medesimo citato in precedenza come Rivanus filius Peçadeventre o altro?*

^{ll} *Il medesimo citato in precedenza come Gnaldus barilarius o altro?*

Otolini, Iohannes Basafole, Stiçonus, **Iohannesbonus Rotus**, omnes isti suprascripti vicini et habitatores Rippe interrogati ore ad os constituerunt et fecerunt Quintanum consulem Rippe suum syndicum et actorem, et si syndicus esse non posset, constituerunt et fecerunt eum suum procuratorem nominatim ad placitum seu placita quod vel que intendit aut facere voluerit syndicus universitatis Prançii et hominum ipsius universitatis aut homines Prançii sive universitate ut alii homines sive universitas petendo aliquid vel aliquod seu dicendo habere in monte Enguli^{mm} sive Tomboli et in totis pertinentiis dictorum montium et in luendo Credatium et in petendo Linphanum et ipsum **Credacium**, vel ipse Quintanus syndicus universitatis et hominum Rippe sive actor seu procurator aliquid contra dictam universitatem Prançii et homines Prançii et contra omnes predictos et contra omnes illos qui tenerint Credacium et Linphanum petere velet promisserunt per stipulationem dicto Quintano quicquid ipse dixerit vel fecerit de omnibus fuerint ad predicta palcita sub domino Friderico Tridentino episcopo vel sub aliqua alia potestate in iudicio vel extra iudicium ratum et firmum habere sub ypotecha suarum rerum. Et insuper eam dictus Quintanus syndicus et procurator et actor omnia supradicta sine fraude remoto omni amore et hodio et servicio iuravit ad sancta Dei evangelia bona fide facere.

Ego Lanfrancus notarius sacri palatii interfui et rogatus scipsi.

Ego Ottobonus domini Federici Romanorum regis notarius autenticum huius exempli vidi et legi et ut in eo continebatur ita et in isto continetur exemplo nil addens vel minuens exceptis literisⁿⁿ vel silabis seu punctis quod sensum mutet et me subscripsi.

Ego Vivianus domini Henrici regis notarius autenticum huius exempli vidi et legi et exemplavi et ut in eo continebatur ita in isto posui et continetur exemplo nil addens vel diminuens preter silabam vel literam seu punctos quod sensum mutet et me subscripsi.

1211 settembre 4, Riva, nel coro della chiesa di S. Maria.

La comunità di Riva, rappresentata dal sindaco Quintano, investe *in perpetuum* quella di Pranzo attraverso il suo sindaco Malfato dei monti Englo e Tombio, dalla fontana di Deva in su, concedendo ai Pranzesi lo sfruttamento di detti monti nelle forme e nei modi consentiti ai Rivani. L'accordo prevede che gli abitanti di Pranzo partecipino alla manutenzione della chiesa parrocchiale di Riva e che quattro uomini maschi di Pranzo in rappresentanza della loro comunità prendano parte con le croci di Riva ad ogni litania. Malfato consegna a Quintano 40 lire di denari veronesi per l'investitura ottenuta.

Copia autentica, ACR capsula 2 n. 96-a, redatta il 20 luglio 1338 a Riva (la datatio topica e cronica è desunta dalla formula di autenticazione del documento successivo) dal notaio Perino su incarico del notaio Giovanni del fu Bertoldo da Riva, vicario e giudice in Riva per Corrado di Seiano, podestà di Riva per il capitolo della chiesa di Trento, e per volere di Giovannino de fu Contrino da Riva, sindaco e procuratore della comunità di Riva, ed autenticata contemporaneamente da altri quattro notai rivani. Le formule di autenticazione hanno il seguente tenore: «... **Viviani condam ser F..hannis [condam domine Lene de Rippa domini Henrici regis notarii]...** [Discretus vir dominus Iohannes notarius condam Berto]ldi de Rippa, vicarius et [ius reddens in dicta terra Rippe pro nobili et potente milite domino] Conrado de Scenano, honorabili [potestate Rippe sub capitulo ecclesie Trid]entine ipsius episcopali sede vachante, ad insta[nciam Iohannini condam domini Contrini] de Ripa tamquam syndici et procuratoris hominum et comunitatis [dicte terre Ripe] dedit verbum et licentiam mihi Perino notario in[frascripto] ... [dictum] exemplum ex autentico scripto sub signo et nomine Iohannis notarii ... [in] iudicio. Coram dicto domino vicario, **istante** dicto Iohannino sindaco [de mandato et licentia] suprascripti domini vicarii una cum infrascriptis notariis lectum et ascultatum fuit ... Cumque dominus Iohannes vicarius suprascriptus hoc exemplum cum eius autentico [concordare] ...isset atque vidisset per me notarium et notarios infrascriptos et cum ipso eius autentico ..., idem dictus vicarius suam et domini episcopi Tridentini seu prefate ecclesie auctoritatem interposuit et [decretavit].

Ego Perinus de Rippa, notarius sacri palatii ac notarius ad officium domini vicari superius nominati hoc, exemplum ex autentico scripto sub signo et nomine Iohannis supra nominati, diligenter et bona fide relevavi, sumpsi et exemplavi de licentia domini Iohannis vicarii superius nominati ad instantiam et rogationem Iohannini syndici superius nominati. Nil addens vel minuens eius quod in ipso autentico scriptum inveni. Nisi forte pontum vel literam seu silabam quod sensum vel sententiam mutet. Et hoc exemplato exemplo ipsum coram dicto domino vicario superius nominato instante dicto Iohannino sindaco suprascripto in iudicio duxi, ipsum quod

^{mm} Enguli *ripetuto*.

ⁿⁿ literis *sopra il rigo*.

exemplum una cum infrascriptis notariis legi et ascultavi ibidem et eum cum ipso eius autentico invenimus concordare, signum meum supra posui unaque cum infrascriptis notariis me subscripsi in huius exempli fidem plenam h[abe]ndam.

Ego Gerardus filius condam domini Çilberti de Brutis de Teiono nunc habitator Rippe imperiali auctoritate notarius predictum exemplum una cum suprascripto magistro Perino et notariis infrascriptis ad autenticum vidi, legi diligenter et fideliter ascultavi coram suprascripto domino Iohanne vicario et quia utrumque concordare inveni et Deo de mandato suprascripti vicarii in plenam fidem et testimonium huius exempli in testem subscripsi.

(S) Ego Franciscus de Ripa notarius sacri pallatii hoc exemplum ad autenticum scriptum una cum suprascriptis Perino et Gerardo notariis et infrascriptis Bocaçino et Francisco. Coram suprascripto domino vicario dilligenter ascultavi et legi. Et quia hoc exemplum cum eius autentico concordare inveni, inde in plenam fidem huius exempli signum meum apossui et de mandato suprascripti vicarii me subscripsi.

(S) Ego Benevenutus dictus Bochacinus de Ripa imperiali auctoritate notarius hoc exemplum ad autenticum scriptum una cum suprascriptis Perino, Gerardo et Francisco notariis diligenter ascultavi et legi, et quia hoc exemplum concordare inveni. Coram dicto domino vicario. Ideo signum meum apposui unaque cum suprascriptis Perino, Gerardo et Francisco in plenam fidem huius exempli me subscripsi de mandato dicti domini vicarii suprascripti.

(S) Ego Franciscus filius quondam ser Alberti quondam domini Rivabeni Pecii de Ripa imperiali auctoritate notarius hoc exemplum ex autentico scripto sub signo et nomine Iohannis notarii sacri pallatii una cum suprascriptis Perino, Gerardo et Francisco et Benevenuto dicto Bochacino notariis dilligenter ascultavi et legi. Et quia hoc exemplum, coram dicto vicario, concordare inveni cum eius autentico, ideo signum meum aposui unaque cum suprascriptis Perino, Gerardo et Francisco et Benevenuto dicto Bochacino notariis, in plenam fidem huius exempli me subscripsi de mandato dicti domini vicarii s[uprascripti].

Copia cartacea non autentica, AST capsula 7 n. 27. Edizione: F. Leonardelli, *Economia e territorio in area trentina tra XII e XIII secolo (sulla base di 155 documenti trascritti e pubblicati)*, tesi di laurea dattiloscritta, relat. G. Cracco, Facoltà di Lettere e Filosofia dell' Università di Padova, a. acc. 1976-1977, doc. n. 83.

Edizione: parzialmente pubblicata da A. Castagnetti, *Le comunità della regione gardense fra potere centrale, governi, cittadini e autonomie nel Medioevo (sec. XII-XIV)*, in *Un lago, una civiltà: il Garda*, Verona 1983, I, pp. 100-101.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 49-50.

La pergamena presenta una grave lacerazione che interessa i lati destro e sinistro e che si estende per le prime sedici righe inerenti la formula di autenticazione del primo atto copiato. Abbiamo cercato di integrare parzialmente le righe mancanti collazionandole con la formula di autenticazione del secondo atto.

In Christi nomine, anno a nativitate eius milesimo ducentesimo undecimo, indictione quartadecima, die dominico quarto intrante mense septembris, in Rippa, in choro ecclesie Sancte Marie, in presentia domini Brixiani causidici de Tuscolano et presbiteri Iohannis de Tenno et magistri Roberti medici de Terlacho et Sabatini medici de Brixia atque Manertini de Poxi et aliorum testium rogatorum. Ibique Quintanus syndicus Rippe et nomine et vice universitatis Rippe per se et suos successores nomine locationis in perpetuum investivit Malfatum syndicum Prançi nomine et vice universitatis Prançi et hominum Prançi nominatim de monte Engli et Tombli et eorum pertinentiis et a fontana Deve supra, [tali] modo quod ipse syndicus et homines Prançi qui pro aliquo tempore habitaverint debent buscare et pasculare et capulare et uti ut homines Rippe in illis locis in quibus universitas Rippe illa predicta fecerit et ab illis locis qui custoditi et ingaçati per universitatem Rippe fuerint et homines Prançi se debeant abstinere et firmum habere sin autem debent pignorari ut homines Rippe, et homines Prançi debent in eo monte malgare ut homines Rippe, et si homines Rippe malgare noluerint, tamen homines Prançi malgare debent, set tamen alienas bestias in illo monte tenere non debent nisi in quibus partem habuerint. Quapropter homines universitatis Prançi debent laborare et operas dare ad ecclesiam plebis Rippe sicuti homines Rippe secundum eorum possibilitatem et quatuor homines masculi pro universitate Prançi cum crucibus Rippe ad omnes letanias ire debent et homines Prançi debent esse salvi inter homines Rippe ut homines Rippe et homines Rippe inter homines Prançi. Et hoc totum conceditur quod superius legitur habitantibus Prançi qui nunc sunt et futuro erunt ita quod universitas Rippe debet habere dominium et districtum in predictis locis locandi et dislocandi et gaçandi et disgaçandi et saltarios ponendi et pignorandi omnibus suprascriptis perpetuo salvis. Et insuper et ibi incontinenti predicti syndici nomine predictarum universitatum quilibet pro sua promissurunt ad invicem per se suosque successores ac vicinos omnia suprascripta in perpetuum rata et firma

habere et tenere sub pena XXV librarum Veronensium denariorum et pena soluta rato manente pacto et investitura in perpetuum. Et confessus fuit iam dictus Quintanus syndicus universitatis Rippe et pro ipsa universitate accepisse a suprascripto Malfato sindaco Prançi pro universitate Prançi et pro predicta investitura et locatione XL libras denariorum Veronensium, quas iam dictus Quintanus syndicus confessus fuit se expendisse ad utilitatem Rippe universitatis renunciando exceptioni non date et recepte pecunie.

Ego Iohannes sacri pallacii notarius hiis omnibus suprascriptis rogatus interfui et hanc cartam scripsi.

1214 12 maggio, Riva, nella pieve.

Alla presenza di Malcoredo, Marquardo, Giovanni di Ottone e Bonecolsa, consoli del comune di Riva, Galiciano e Federico da Pranzo a nome della loro comunità giurano di custodire l'intero territorio del distretto di Riva, che non saranno ladri né soci dei ladri e che faranno rispettare le norme contenute nel regolamento del comune di Riva che disciplina lo sfruttamento delle terre comunali, in particolare nei *gaçi*, consegnando i beni sequestrati ai contravventori ai massari del comune rivano.

Originale, ACR capsula 2 n. 36.

Edizione: A. Castagnetti, *Le comunità*, p. 103.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 16.

Pergamena in discreto stato di conservazione. Slabbrature, di cui una sul margine sinistro interessa la parte iniziale delle righe 11-12.

(S) Anno Domini .M CC. XIII, indictione .II., die .XII. intrante madio, in Ripa, in plebe, presentibus Alberto domini Riprandi, Gratiadeo Vitardi et Rivano becario et aliis pluribus. Ibique Galicianus Pranci et Federicus illius loci, qui dicebant hoc facere ex consensu et voluntate totius universitatis de Pranço et vice et nomine illius comunis de Pranço, iuraverunt ad sancta Dei evangelia salvare et custodire totum pohdere totius plebatus Ripe, et quod non erunt latrones nec socii latronum; et si invenerint aliquem dantem aliquod dampnum in alico loco in dictu plebatu Rive, silicet in illis gaçis et in toto eo, ut continetur in posta comunis Ripe sive ad huc positum fuerit per consules [si]ve^{oo} rectores Ripe in predicta posta, ei pignus abstulerint bona fide sine fraude, et quod per amorem nec timorem [alic]uius^{pp} persone non debent stare accipiendi dicta pignora ab illo qui in dicta po[sta c]eciderit^{qq}, ut continetur sive ad huc contineretur in dicta posta, et quod illa pignora que abstulerint dabunt et designabunt masariis comunis Rive infra VIII. dies quod ipsi habebunt; et hoc totum debent facere et atendere ad voluntatem predictorum consulum sive rectorum Rive, et hoc iuraverunt atendere coram domino Malconredo et Marquardo et Iohanne Otonis et Bonecolse, consulibus sive rectoribus comunis Rive vice et nomine illorum et aliorum suorum sociorum absentium et vice et nomine comunitatis Rive.

Ego Calapinus notarius sacri pallacii interfui rogatus et scripsi.

^{oo} Un foro si estende nello spazio occupato dalla parola sive di cui rimane qualche traccia.

^{pp} Lacuna dovuta alla slabbratura, ma facilmente integrabile.

^{qq} Lacuna di frammento di parola; linea di abbreviazione soprascritta per n cassata.

1220 aprile 13, Riva - presso la casa dei sacerdoti.

Ranaldo, arciprete della pieve di S. Maria di Riva, con il consenso dei chierici della chiesa stessa, concede in locazione a Mazornino, figlio del fu Boninsegna, e ad altri due uomini un appezzamento di terra arativa posto a Passirone.

Originale, ACR capsula 2 n. 19.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 10.

La pergamena risulta scomparsa dall'ACR. Ne riportiamo il regesto del Tovazzi.

Anno 1220, indictione 8, die 13 intrante Aprili, in Ripa, iuxta domum sacerdotum. Dominus Ra[naldus] archipresbiter Sanctae Mariae plebis Ripae, consentientibus suis confratribus suprascriptae ecclesiae, videlicet domino Boniçone sacerdote, Arpo clerico, Belençane et Iohanne clericis, locavit Maçornino filio quondam Bonaeinsignae ac aliis duobus, unam peciam terrae arativae iacente ad Pascironum.

1224 marzo 10, Arco, nel cortile dei sacerdoti.

Albertino, figlio del fu Batillo da Arco, località Stranfora, vende a Zagnino, abitante di Riva, figlio del fu Zagnino da Mori, località Tierno, un appezzamento di terra arativa posta nella 'campagna' di Arco, in località *Sevilongo*, presso la chiesa-ospedale di S. Tommaso, al prezzo di 14 lire e mezzo di denari veronesi.

Originale, ACR capsula 2 n. 78-a.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 33-34.

La pergamena è in grave stato di abbandono: estese macchie d'inchiostro e alcune rasature impediscono in alcune parti la lettura.

[In Christi nomine]. Die dominico .X. intrante marcio, in Arcu, in curtivo sacerdotum, in presentia presbiteri Martini, Tancredini filii condam Batillis de Stranfora, Maç[oan]ini de Leticia, Munde filii condam Simeonis de Arcu et aliorum testium. [Ibique] Albertinus condam dicti Batillis de Arcu de loco Stranfore, pro XIII libris et dimidia denariorum Veronensium, quas et quam [s]e nomine certi et finiti precii accepisse a Ça[gni]no filio condam Çagnini de Morio de loco Tierni, habitatore Ripe, confessus ac [manife]stus fuit, eundem Çagninum nomine venditionis ad propri... de peti[a una terre] aratorie, sui alodii investivit et pro eo se possidere mani[fe]stavit eiusque ... se possidere de..., que iacet in campanea Arci [loco] Sevilongi. Coheret cui uno capite Waldo calarius de Arcu, alio [in]firmi de campanea inter Arcum et Ripam, uno latere et alio Paulus [nepo]s [ven]ditoris habet. Idem Albertinus venditor, per se suosque heredes, se suprascriptam [vendi]cionem cum omnibus accionibus et rationibus, ingressibus et accesionibus [ad suprascrip]tam venditionem pertinentibus lege^π ab omni homine [contra]dicente seu inpediente dicto emptori et suis heredibus aut cui dederint defendere et warentare, sub pena d[upli]lii venditionis, sicut pro tempore fuerit meliorata aut value[rit in consi]mili loco, sub estimatione bonorum hominum, sub pena dupli de... ... [ei] Çagnino ... staurar[e] promisit, renuntians exceptioni non dati et numerati pre[cii et] dup[li], et si plus valerit inde eum emptorem nomine donationis inter vivos, ut amplius revocari non possit, investivit. Actum est hoc anno Domini millesimo CC XXIII, indictione XII.

Ego Vivianus sacri pallatii notarius interfui rogatus et hanc cartam scripsi.

1224 marzo 10, Arco, nel cortile dei sacerdoti.

Zagnino dà in locazione il medesimo appezzamento allo stesso Albertino al canone annuo di due galet di frumento, secondo la misura di Riva, da consegnare nel giorno di S. Michele.

Originale, ACR capsula 2 n. 78-b.

In Christi nomine. Die dominico .X. intrante marcio, in Arcu, in curtivo sacerdotum, in presentia presbiteri Martini, Tancredini filii condam Batillis de Stranfora, Maç[oan]ini de Leticia, Munde filii condam Simeonis de Arcu et aliorum testium. Ibique Çagninus habitator Ripe filius condam Çagnini de Morio de loco Tierni, nomine locationis in perpetuum investivit Albertinum filium condam Batillis dicti de pecia una terre aratorie, que iacet in campanea Arci loco Sevilongi. Coheret ei uno capite infirmi, alio Waldo calarius de Arco, a lateribus Paulus nepos dicti Albertini habet. Eo vero modo fecit suprascriptus Çagninus iam dictam investituram in prenomiatum Albertinum de dicta pecia terre, quod idem Albertinus et sui heredes aut cui dederint perpetualiter eam debeant habere et tenere, ad fictum omni anno reddendum in festo sancti Michaelis vel infra octavam dicto Çagnino et suis heredibus aut cui dederint, loco Ripe ad domum locatoris, duas galetas boni et pulcri frumenti ad rectam mensuram Ripe. Ita quod teneatur locator comedere dare uni homini portanti fictum, et si tunc solutum non fuerit infra annum induplare promisit; et pro eo locatore possidere [manife]st[a]vit ac eum in tenutam ingredi iussit; et insuper predictus Çagninus locator per se suosque heredes se suprascriptam locationem cum omnibus accionibus et rat[ionibus] su[is] ad predictam terram

^π Lettura incerta.

pertinentibus leg(avit), ab omni homine contradicente seu inpediente dicto condutori et suis heredibus aut cui dederint ad suprascriptum fictum reddendum [defe]ndere et warentare, sub pena dupli illius locationis, sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit in consimili loco staurare promisit; pactum inter se fecerunt locator et conductor quod si quis eorum suas rationes vendere vellet, quod teneatur vendere alteri XX solidos minus quam aliquo alio si emere voluerit, et infra XV dies postquam ei denuntiatus fuerit emat, alioquin vendat cui vult, salva ratione alterius part[is]. Alia super imposita inter [se] fieri non debent, unde inter se penam posue[run]t quin [quis] in eis omnibus que supra leguntur non permanserit, vel si locator aut cond[utor] laxare v[olueri]t aut alia super imposita inter se facere temptaverint, tunc per stipulationem compromiserun[t] [comp]onere pars parti pactum servant[i], penam .C. solidos Veronensium, pena vero soluta, suprascriptum pactum ...are debent, et sint duo instrumenta unius tenoris. Actum est hoc anno Domini millesimo .CC. vigesimo quarto, indictione duodecima.

Ego Vivianus sacri pallatii notarius interfui rogatus et hanc cartam lacationis scripsi.

1224 dicembre 20, Riva, nella casa dei sacerdoti.

Ranaldo, arciprete della chiesa di Riva, alla presenza dei sacerdoti della pieve, concede in locazione perpetua a Zoanasio, converso della chiesa-ospedale di S. Adelpreto di Arco, che la riceve anche a nome delle converse di quell'ospedale, un appezzamento di terra arativa posto nel territorio di Riva, in località *ad Lugsten*, e confinante sia con la proprietà della chiesa di S. Tommaso sia con quella della chiesa di S. Adelpreto.

Originale, ACR capsula 2 n. 9. Sul verso: «Carta locationis monacorum Sancti Adelpreti de Arco».

Edizione: B. Bonelli, *Notizie storico critiche*, cit., II, pp. 186-187.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 5.

La pergamena è in grave stato di abbandono: in molti punti l'inchiostro è irreparabilmente scolorito. Le parti attualmente illeggibili sono state integrate sulla base della lettura del Bonelli.

(S) Anno Domini M. ducentesimo .XXIII^{ss}, indictione .XII exeunte^{ss} mense decembri, in Ripa, in domo sacerdotum, presentibus domino Turcheto clerico de Arcu, Quintano quondam Odonis, Trentino quondam Rivani, Videsto de Stancione et Ventura quondam domini Alberti rogatis testibus. Ibique dominus Ranaldus Ripensis archipresbiter, consencientibus et presentibus et loquelam dantibus suis infrascriptis confratribus, videlicet domino Boniçone, domino Arpone sacerdotibus, Belençano, Viviono et Iohanne clericis Sancte Marie plebis Ripe, vice et nomine dicte ecclesie, nomine locatoinis in perpetuum investivit Çoanasium conversum Sancti Adelpreti de Arcu accipientem per se et vice suarum sororum conversarum^{tt} suprascripti ospitalis Sancti Adelpreti et vice ipsius hospitalis de una pecia terre arative que iacet in pertinentia Ripe, in loco ubi dicitur Ad Lugsten, a mane filii Çuel... Gafari, a sero strata, a meridie infirmi Sancti Tomai^{uu}, a monte dicti conversi Çoanasius, Beldeporta, domina Beatrix, domina Bella. Ita quod dicti conversi vice et nomine suprascripti hospitalis et sui su[ccesor]es et cui dederint suprascriptam peciam terre preter ecclesiam, servum et potentem hominem, debent habere et tenere et possidere et de ea quicquid voluerint facere, ab[sque] ulla contradictione dict[orum] l[ocorum] [et] suorum souccesorum, ad fictum solvendum suprascripto domino Ra[naldo] archipresbitero et suis successoribus in perpetuum exinde annuatim in sancta [Maria] Ciriale vel in octava unum starium olei ad mensuram Ripe, in Ripa domi illorum locatorum, alioquin infra octavam debent induplare fictum. Et promisit dictus dominus Ra[naldus] archipresbiter per se et suos succesores^{vv} dicto suprascripto Çoanaso vice ipsius e suarum sororum suprascriptarum et vice dicti hospitalis et suis successoribus, et cui de[derint] suprascriptam] terram cum omnibus suis rationibus e actionibus et pertinentiis, preter ecclesiam et suprascriptas personas, in perpetuum e[xinde] defendere, warentare et expedire ab omni persona contradicente, cum [ratione], sub pena dupli et totius da[m]pni, sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit [sub] extimatione bonorum virorum, dando ei auctoritatem intrandi tenutam [et] in conscimili loco; et dictus Çoanasi[us] dedit dicto domino Ra[naldo] archipresbitero XL[V] solidos propter af[irmandam] suprascriptam l[ocationem].

Ego Calapinus notarius sacri pallatii interfui rogatus e duo instrumenta de hoc uno tenore scripsi.

^{ss} Ia cassato.

^{tt} sororum omesso in Bonelli

^{uu} Thome in B.

^{vv} pro se et suis successoribus in B.

1225 aprile 7, Arco, presso la casa di Montenaro del fu Belomo.

Con il consenso di Ribaldo e Calapino, gastaldi dei signori di Arco, vengono raccolte le deposizioni di quattro testimoni addotti da Calapino da Riva, sindaco della chiesa di S. Maria di Riva, nella causa intentata dalla pieve rivana contro Roberto Sana da Arco e i suoi figli riguardo al diritto di proprietà su una appezzamento di terra arativa posta nel territorio di Arco, in località *Centegrame* o *Centograme*. (Si tratta dello stesso appezzamento che la chiesa rivana dà in locazione circa un anno dopo - vedi atto successivo).

Originale, ACR capsula 2 n. 85.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 39.

La pergamena è in buono stato di conservazione, solo in qualche punto l'inchiostro è leggermente scolorito.

Anno Domini .M. ducentesimo XX quinto, indictione XIII, die lune VII intrante mense aprili. Actum est hoc in Arco, apud domum Montenarii quondam Belomi, in presentia Marcarie, Gabrielis filii presbiteri Otonis, Aldrigeti notarii et aliorum testium plurium. Ibique Ribaldus et Calapinus gastaldiones dominorum de Arco, cognoscentes vice eorum dominorum, dederunt parabolam mihi Aldevrando notario ut has atestaciones et confessiones et oposiciones et responsiones infrascriptas exemplarem et in publicam formam reducerem^{ww}. Quarum tenor talis est.

Testes Calapini de Ripa syndici ecclesie Sancte Marie de Ripa contra Robertum Sanam et eius filios Rustegellum et Vivionum.

Ribaldus de Fontana de Arco, iuratus testes, dixit quod vidit Batilum de Strafora habere et tenere et laborare terram litis pro ecclesia Sancte Marie de Ripa, et dare dictum illius terre ipsi ecclesie; et sunt bene .XXX. anni quod hoc fuit; et dixit quod Batilus iamdictus dabat fictum illius terre dicte ecclesie unam galetam panigii per annum; et dixit quod vidit aut Batilum vel alios suos noncios portare illud fictum panigii ipsi ecclesie, et quod etiam ipse met similiter portavit illi ecclesie certum fictum de alia terra quam habet ad huc ad fictum ab ipsa ecclesia. Interrogatus ubi iacet terra litis, respondit a Centegrame, a mane coheret Vivaldus et via, a sero Albertus condam Batili, a meridie idem Sana, a nultiora Iohannes de Berdono. Interrogatus si vidit Sanam aut filios laborare illam terram et tenere, respondit sic, iam sunt .X. anni et plus, set nescit si iure vel non iure; et dixit quod vidit noncios dicti Batili pluries dare dictum fictum nonciis dicte ecclesie^{xx} Sancte Marie de Ripa, et tunc erat magister Casotus vivus archipresbiter illius ecclesie, et bene credit quod proprium illius terre est illius ecclesie de Ripa.

Iohannes bobulcus, iuratus testes, dixit quod terra de qua lis est inter Robertum Sanam et Calapinum pro ecclesia Sancte Marie de Ripa est ipsius ecclesie Sancte Marie de Ripa. Interrogatus quomodo hoc scit, respondit quia vidit Batilum de Strafora, qui mortuus est, habentem et tenentem eam terram ad fictum ab ipsa ecclesia de Ripa et a confratribus ipsius ecclesie qui tunc erant per unam galetam panigii, ad mensuram Ripe, et aliam galetam blave similiter eis dabat fictum per aliam terram, quam similiter ipse Batilus tenebat ab ipsa ecclesia Ripe; et dixit quod vidit pluries noncios quondam Batili portantes dictum fictum pro dicta pecia terre, de qua lis est, ipsi ecclesie de Ripa, et dare et designare archipresbytero Caxoto et aliis fratribus ipsius ecclesie; et dixit quod vidit hoc iam sunt XXX anni et plus. Interrogatus qu[i] modo [te]net eam terram, respondit [San]a et filii per eum. Interrogatus quomodo scit quod tenent per [eum], respondit quia sunt bene [X] anni et plus Sana intravit et aravit illam terram. Et Batilus iamdictus ivit et scaçavit eam et posuit in ea panigeum vel surgum, et Sana ivit cum filiis postea et abscidit ipsam blavam furtim; et dixit quod hec terra iacet in Centagrame, a mane via et filii Rodegerii et Vivaldus, a sero Albertinus condam Batili et Paulus eius nepos, a meridie Rivana de Trali, versus Tridentum Iohannes de Berdono; aliud nescire dixit de hoc.

Tancredus filius quondam Batili suprascripti, iuratus testes, dixit quod sunt .XXV. anni et plus quod vidit patrem suum Batilum habere et tenere et laborare per ecclesiam predictam Sancte Marie de Ripa et per confratres ipsius ecclesie terram litis et illam terram de qua non est lis, per duas galetas panigii et surgi ad fictum per annum, et vidit portare dictum fictum sacerdotibus de Ripa et facere p[ort]are dictum fictum, et ipse met vice una portavit illud fictum et dedit et presentavit

^{ww} reducerem *ripetuto*.

^{xx} dicte *cassato*.

archipresbitero Caxoto et presbitero Boniço; et dixit quod dederunt sibi bene comedere, quia soliti erant illi de ipsa ecclesia dare comedere [illis] qui portabant fictum; de coherentis et de eo quod pater ipsius testis soaravit eam terram et quod Sana postea accepit blavam ex ea furtim, idem dixit similiter quod Iohannes bobulcus; aliud nescit.

Albertus condam Batili, iuratus testes, dixit quod vidit patrem suum Batilum tenere et habere et laborare et^{yy} possidere terram in Cento Grame, unde lis est inter Calapinum de Ripa pro ecclesia Sancte Marie assentem ex una parte et Sanam ex alia, per fictum ab ipsa ecclesia per unam galetam surgi et .I. panigii per annum pro ipsa terra et pro alia quam ab eis tenebat alio loco; et sunt bene .XXX. anni quod hoc ita vidit; et dixit quod ipse met portavit^{zz} fictum .I. galetam milii et .I. panigii pro patre suo de illis terris sacerdotibus Ripe pro illa terra et pro alia quam tenebat ab ipsa ecclesia fictualiter; et dixit quod dabatur et datum fuit sibi comedere pro ut portavit fictum fratribus ecclesie de Ripa; et non recordatur quantum sit quod portavit ilud fictum, set dicit quod sunt .XV. anni et plus; et nescit quod pater eius^{aaa} dedisset fictum Roberto de illa terra, unde lis est. Verum tamen credit quod pater eius Batilus dedit fictum uno anno .II. staria silliginis pro alia terra quam sibi dederat quedam mulier de Ceule, ut audivit dici. Verum tamen dixit quod sunt bene .XV. anni quod Robertus Sana per eum intavit^{bbb} illam terram litis, et pater postea ivit et soaravit eam et posuit ibi panigium, quod panigium postea colegit Sana vel fecit coligere furtim; de coherentis illud idem dixit quod Iohannes bobulcus; aliud nescit.

[D]ie .VII. exeunte ianuario. Dicit Calapinus in iure pro ecclesia Sancte [Ma]rie de Ripa, coram domino Ribaldo gerente racione pro domino [Alberto] de Arco, quod Robertus Sana habet et tenet .III. collas terre unde lis est, que iacet in Centograme. De hoc interrogatus, dictus Robertus Sana respondit et dicit quod ipse et filii sui habent et tenent terram illam litis; et dixit idem Sana quod vult bene stare et respondere pro se et filiis suis Rusteggello et Viviono de placito quod sibi facit Calapinus iamdictus de illa terra pro ecclesia Ripe. Item dicit Calapinus, syndicus capituli ecclesie de Ripa, quod ipsa ecclesia et fratres illius ecclesie habuerunt et tenuerunt et possiderunt terram illam per plures annos et quod terra illa est ipsius ecclesie de Ripa, quod idem Sana penitus inficiat.

Ego Aldevrandus sacri palatii notarius has atestaciones et confessiones et rogatus scripsi et exemplavi et de mandato^{ccc} Ribaldi et Calapini in publicam^{ddd} formam reduxi et corroboravi.

^{yy} portare *cassato*

^{zz} et dixit quod ipse met portavit *ripetuto*.

^{aaa} eius *sopra il rigo*.

^{bbb} *Leggi* intravit, *come sopra*.

^{ccc} *Rid cassato*.

^{ddd} *puplicam nel ms*.

1226 giugno 21, Riva, nel cortile dei sacerdoti.

Ranaldo, arciprete della pieve di S. Maria di Riva, alla presenza dei chierici della pieve, concede in locazione a Ventura del fu Boneto da Arco un appezzamento di terra arativa posto in contrada *Gramine* per un affitto annuo di una galeta di frumento alla misura di Riva (vedi anche atto precedente).

Originale, ACR capsula 2 n. 2. Sul verso: «Carta locationis de Arco notata est»; segue di altra mano: «pro plebe».

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 3-4.

La pergamena è in grave stato di abbandono; nella prima metà, e soprattutto nelle righe centrali, l'inchiostro è molto scolorito e la lettura a volte impossibile.

(S) Anno Domini .M. ducentesimo .XXVI., indictione .XIII., die .X. exeunte iunio, in Ripa, in curtivo sacerdotum, presentibus Otolino qui fuit de Saxo, Salomone parolaro, Avancino filio condam Odonis et aliis testibus rogatis. Ibique dominus Ranaldus Sancte Marie plebis Ripe archipresbiter, suis confratribus presentibus et consentientibus et in omnibus infrascriptis loquelam dantibus, videlicet domino Arpone sacerdote, Dominico, Belençano et Iohanne clericis vice et nomine suprascripte ecclesie Sancte Marie, nomine locationis investivit Venturam filium condam Boneti de Arco de una pecia terre aratorie que iacet in contra[ta] Gramine; a mane Vivaldus, a sero Albertinus condam Badilis, a meridie filii condam Sanne, a monte Iohannes de Bondono. Quam autem suprascriptam terram cum omnibus^{eee} suis rationibus et actionibus et pertinenciis et usufructis predictus Ventura et sui heredes et cui dederit h[anc, exce]ptum, servum, pot[entem et] eccl[esi]am, in perpetuum exinde defendere et warentare ab omni persona in racione du[pli]; in[de]^{fff} pre[dictus] archi[presbiter] per se et suosque succesores dicto Venture suisque heredibus promisit in pena dupli et tocus dampni ut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit in exstimacione bonorum virorum in conscimilli loco, dando ei auctoritatem intrandi tenutam ad fictum solvendum et conducendum suprascriptis dominis et suis successoribus anuatim exinde domi illorum dominorum, ad mensuram Ripe, in festo sancti Michael[is] vel in octava unam galetam boni et pulchri frumenti; alioqui[n] debet induplare fictum eiusdem; et concordēs fuerunt quod si aliquis illorum ius suum vendere vellet debeat alterum apelare et ei ad minus dare ad .XX. solidos Veronensium quam aliis; si emere vero noluerit, facta denunciacione infra .XXX. dies, postea vendat cui voluerit exceptis personis et ecclesia.

Ego Calapinus notarius sacri pallatii interfui rogatus et scripsi.

^{eee} omnibus sopra il rigo.

^{fff} Lettura incerta: inchiostro molto scolorito.

1228 aprile 18, Trento, nella corte del palazzo vescovile.

Tridentino, causidico del vescovo di Trento Gerardo, stabilisce il termine entro il quale gli uomini della comunità di Riva che non sono parte in causa debbano presentarsi davanti a lui e rispondere a Delavancio di Marcio da Riva riguardo al procedimento penale in cui sono imputati alcuni uomini di Riva e incarica un nunzio di Riva di convocare tramite una pubblica notificazione nel borgo di Riva coloro che intendono testimoniare in loro difesa.

Originale, ACR capsula 2 n. 57.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 25.

La pergamena presenta alcune gravi rasature, che spesso non permettono la lettura.

(S) Anno Domini millesimo ducentesimo XX[V]III, indictione prima, die martis XIII exeunte aprili, in Tridento, in curtivo palatii episcopatus, in presentia domini Albertini condam domini Anconis de Ripa, Çuchelli notarii, domini Tobaldi de Verona et aliorum testium. Ibique dominus Tridentinus causidicus faciens rationem per dominum Gerardum Dei gratia Tridentine ecclesie episcopum statuit terminum ad proximum diem^{ggg} lune comunitati Ripe, silicet illis qui non sunt de parte, ut sint coram eo, respondeant et rationem faciant Delavancio Marcii de Ripa de illo quod eis [dicere] voluerit, et constituit Gisloldum vel Martinum suum nuncium qui debeat preconizare per burgum Ripe si aliquis est qui velit eos defendere quod testes debeat esse et defendere eos.

Ego Choncus sacri pallatii notarius interfui et rogatus scripsi.

1228 aprile 22, Riva.

Martino, nunzio di Riva per Tridentino, giudice del vescovo di Trento Gerardo, notifica nei luoghi pubblici di Riva il mandato del giudice della curia vescovile agli abitanti di Riva che non sono coinvolti nell'azione giudiziaria a comparire a Trento davanti a Liazario o a Delavancio di Marcio e a deporre riguardo all'accusa rivolta a molti uomini di Riva.

Originale, ACR capsula 2 n. 20.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 10.

La pergamena è in grave stato di abbandono.

Anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo VIII, indictione prima, die sabato nono exeunte aprili, in Ripa^{hhh}, in presentia Rivani de domino Galiciano et eius filii Martini et aliorum. Ibique Martinus viator Ripe ex parte domini Tridentini iudicis facientis rationem per dominum G[erardum] Dei gratia Tridentine ecclesie episcopum, ut continetur in instrumento per Concium notarium facto, preconizavit per terram Ripe in aliquambusdam publicis locis Ripe quod omnes de comunitate Ripe qui non sunt de parte sint proxima die lune Tridentiⁱⁱⁱ, rationem faciant Liaçario velⁱⁱⁱ Delavantio de Marcio de eo quod ei dicere voluerit, et si **est** aliqua persona que velit defendere illos de comunitate quod sint testes ad dictum terminum et defend[ant eo]s.

Ego Bertoldus notarius sacri pallacii interfui rogatus et scripsi.

^{ggg} die nel ms.

^{hhh} In Ripa ripetuto.

ⁱⁱⁱ Segue parola cassata

ⁱⁱⁱ Lettura incerta.

1228 maggio 24, nel borgo di Riva.

Il nunzio di Riva Martino, a nome di Trentino, giudice amministrante la giustizia per conto del vescovo di Trento Gerardo, trasmette a Delavancio del fu Marcio di Zanebono di Roco da Riva e attraverso lui al suo socio Ottobono del fu Galiciano del fu Personaldo da Riva il diritto di proprietà sulle case di molti uomini di Riva, loro pignorate a garanzia del pagamento di 150 lire di veronesi, somma corrispondente alla pena pecuniaria alla quale furono condannati perché congiuntamente vogliono - illecitamente - partecipare degli introiti connessi con la gabella sul pane e con la riscossione dei dazi del porto di Ponale.

Originale, ACR capsula 2 n. 5-a.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, pp. 3-4.

La pergamena è in buono stato di conservazione.

(S) Anno Domini .M.CC.XX.VIII., indictione prima, die VIII exeunte mense madii, in burgo Ripe, presentibus Emmerico condam Garçeti, Antoniollo eius fratre, Michaelle filio Albertini condam domini Anci et alliis. Ibique Martinus viator Ripe ex parte domini Tridentini iudicis gerentis rationem per dominum Geradum Dei gratia Tridentine ecclesie episcopum dedit tenutam Delavancio condam Marcii çaneboni Roci suscipienti pro se et pro suo socio Otobono condam domini Galiciani condam domini Personaldi de hostiis infrascriptarum personarum vice et nomine aliorum suorum bonorum valentium .centum. et L libras Veronensium et de expensis, silicet Oldorici condam Steche et Bellafaremi condam Biliane et Pixoni et Tridentini piscatoris, Girardi condam Ruçinelli et Solomonis parolarii, Martini caliarri de Leudro, Iohannis condam Magii parolarii, Belleti Flordebelle, Girardi condam Warnerii, Oldorici condam Caldere, Omneboni Birneçolli, Iacobini condam Imelde de hospitalli atque Iacobini condam Rivani Obiçelli, Lundi parolarii, Martini condam Poltroni, Bevardi et Gambe fratrum filiorum condam Boniconse, Bondi condam domini Gonselmi, Çagnini condam Remici, Delaidi condam Rivani becarri, Bertholomei condam Bertoldi Vici, Çaneboni condam Nicholai et sui fratris Martini, Galiciani Rape et heredum condam Iacobini condam Feniçi, et Iohannis et Omneboni fratrum filiorum condam Otonis de Paxirone, Otolini de Xaxo, Martini Mençolle, Marci tabernarii, Albertini condam Bosete, Omneboni condam Sichelme ac Omneboni Garugii et Trufellexii becarri, Videsti et Marcoardi domine Daniote, Teutaldi condam Marcii, Martini condam Altecherii, Delavancii condam Prevedelli ac Bonavide Bolçoni, de bonis istorum predictorum vice et nomine aliorum volentium partem habere in pancongolatrico et ponalli, primo vero de rebus mobilibus, secundo de immobilibus, tercio de racionibus et actionibus, salva racione omnium hominum.

Ego Omnebonus notarius sacri pallatii interfui rogatus et scripsi.

1228 luglio 12, nel borgo di Riva, presso la casa dei figli di Daniota.

Delavancio da Riva nomina il suo socio Ottobono del fu Galiciano sindaco-procuratore nell'eseguire il mandato assegnatogli.

Originale, ACR capsula 2 n. 5-b.

(S) Anno Domini .M.CC.XX.VIII., indictione prima, die XII intrante mense iulii, in burgo Ripe, iuxta domum filiorum domine Daniote, presentibus Bertoldo Bonivistiti de Gargnano ac Canasto viro borgesse. Ibique Delavancius condam Marcii çaneboni Roci de Ripa fecit et constituit Otobonum condam domini Galiciani suum socium presentem, sindicum et procuratorem in faciendo expediri tenutam ei datam, ut continetur in carta facta manu Marcii notarii, promittendo per stipulacionem dicto Otobono quicquid fecerit seu dixerit se ratum et firmum habere sub ypotecha suorum bonorum stipulacione subnixa.

Ego Omnebonus notarius sacri pallatii interfui rogatus et scripsi.

1229 febbraio 25, Riva, presso il cortile dei sacerdoti.

Rainardo, arciprete della pieve di S. Maria di Riva, alla presenza dei preti e dei chierici della chiesa medesima, concede in locazione a Marchesio, figlio del fu Martino da Arco, una appezzamento di terra arativa posto nel territorio di Arco, in località *Sevuslongum*, per il canone annuo di una galeta di segale.

Originale, ACR capsula 2 n. 1. Sul verso: «Carta locationis de Arco notata est».

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 3.

L'inchiostro è molto scolorito e spesso la lettura è difficile.

(S) Anno Domini millesimo [ducentesimo] .XXVIII., indicione secunda, die sabati .IIII. exeunte februario, in Ripa, aput c[urtivum] sacerdotum, in presentia Duri filii condam Bugni de Arco, Dominici Prancis, Conrati tautonici et alliorum. Ibique Rainardus Ripensis archipresbiter, presentibus dominis Arpo et Calapino presbiteris et Dominico et Iohanne clericis et fratribus ecclesie Sancte Marie plebis Ripe, pro ipsa plebe per se et suos subcesores nomine locacionis in perpetuum investivit Marchesium filium condam Martini de Arco in se et suis heredib[us] nominatim de una pecia tere aratorie iacente in pertinenciis Arci, in loco ubi dicitur Ad Sevuslongum; choeret ei a mane Iohannes de Redulfo, a sero via, a meridie Marchesius, a monte Martinus frater dicti Iohannis; tali modo quod dictus Marchesius conductor et sui heredes perpetualiter dictam locacionem habere et tenere debeant et de ea quicquid voluerint facere faciant, sine omni contradicione suprascriptorum locatorum et alius persone, exceptis infrascriptis personis, cum introitu et exitu, cum superioribus et inferioribus suis, cum omnibus rationibus et actionibus dicte locacionis pertinentibus, ad fictum redendum anuatim dicto locatori et suis subcesoribus aut cui dederint unam galetam bone et pulcre et sicche siliginis, ad rectam galetam Ripe, in festo sancti Micaellis vel ad octavam, dando et designando dictum fictum in burgo Ripe; sin autem induplare debet dictum fictum eiusdem ani, secundum usum ficti; et insuper dictus dominus Rainardus archipresbiter promisit per stipulacionem per se et suos subcesores dicto Marchesio conductori et suis heredibus aut cui dederint dictam locacionem totam et in parte ab omni contradicente persona defendere et warentare cum racione in pena dupli sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit in exstimacione bonorum hominum in consimili loco, preter servo, famulo, potenti, militi, religiosi^{kkk} loco, quibus dare non debent; et dedit ei parabolam in tenutam intrandi, et contentus stetit se accepisse intraticam a dicto Marchesio de dicta locacione III solidos Veronensium, renunciando exceptum non date et numerate pecunie.

Ego Rivanus notarius sacri palatii interfui rogatus et scripsi.

^{kkk} *Leggi religiosi.*

1232 novembre 10, Mori, nella casa di Soldo.

Enrico, Bonvicino e Bonifacino, consoli del comune di Riva, dopo aver indicato ad Aldrighetto, vescovo di Trento, i confini entro i quali gli uomini di Riva devono prestare servizio militare per l'episcopato trentino a proprie spese, avendo prestato servizio al vescovo in Mori, gli chiedono il risarcimento delle spese sostenute, che il vescovo promette loro di pagare.

Originale, ACR capsula 2 n. 42.

Edizione: A. Castagnetti, *Le comunità*, p. 102.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 18.

La pergamena presenta estese lacerazioni interessanti i margini sinistro e destro, lungo il quale l'inchiostro è scolorito. Siamo riusciti ad integrare in parte la trascrizione del Castagnetti e abbiamo apportato qualche correzione.

Anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo secundo, indicione quinta, die mercurii decimo intrante novembre, in Murio, in domo Soldi, in presentia domini ...^{III}, domini Trentini iudicis, domini Willielmi de Cleiso, magistri Bonihominis et ...^{mmmm}. Ibi cum coram domino Aldrigeto Dei gratia Tridentine ecclesie electo dominus Henricus ...ⁿⁿⁿ Rippe et Bonusvicinus quondam domini Riprandi et Bonifacinus quondam domini Alberti de Rippa consules Rippe pro hominibus et comunitate Rippe dicerent et proponerent quod homines Rippe non debent ire nec tenentur in servicio episcopi eorum expensis a Lavino de Pranço superius nec a Lavino de Drena superius nec a Wercu de Nacu extra versus Murium; quod si irent, debebant ire expensis episcopatus, secundum quod in suis privilegiis et instrumentis contineri dicebant; unde cum ipsi venerint hic in Murio in servicio eiusdem domini electi cum ...^{ooo} [pete]bant quod eis facere expensas. Qui dominus electus sic dixit et respo[n]dit quod cr[ede]bat ... hoc [quod] ipsi dicebant verum esset, set expensas modo quod presens eis facere non pot[erat] ...^{ppp} dominus electus pro se et sua ecclesia et suo episcopato, salvo omni iure episcopatus et [expensis] pro[misit] et convenit eisdem domino Henrico et Bonovicino et Bonifacino pro hominibus et comunitate Rippe [in partibus] restituendi et solvendi eis omnes expensas quod modo in suo servicio fecerunt et facient. Fideiussores et principales debitores se constituerunt in totum dominum Old[ericus] de Rambaldo et dominus Cognovutus de Campo renunciando omni legum auxilio et omni exceptioni.

(S) Ego Matheus de Placentia sacri palatii interfui et rogatus scripsi.

^{III} Lacuna di una o due parole indicanti il nome e probabilmente anche la carica o professione del teste.

^{mmmm} Lacuna di due o più parole indicanti probabilmente la consueta formula di conclusione dell'elenco dei testi: aliorum rogatorum testium o formula simile.

ⁿⁿⁿ Lacuna di due o tre parole che completavano l'identificazione del magistrato comunale. Due anni dopo compare un Enricus de Siiano vilicus Ripe per Aldrigetum Tridentine ecclesie episcopum.

^{ooo} Lacuna di una parola.

^{ppp} Lacuna di due o tre parole.

1233 giugno 22, Riva, davanti alla casa di Vidoto.

Alla presenza di Enrico da Seiano, *vilicus* di Riva per Aldrighetto da Campo, eletto vescovo di Trento, Mucio di Bocio, sindaco della confraternita di S. Michele di Riva e del 'convivio' della medesima, richiede ad Odorico del fu Steca da Riva il pagamento del canone di affitto - consistente in un sestario di olio annuo e da dieci anni eluso - per la locazione della casa in cui abita e di cui è investita la confraternita stessa. Visto che Odorico rifiuta di pagare, Enrico da Seiano gli ingiunge di nominare entro 10 giorni un suo difensore.

Originale, ACR capsula 2 n. 56-b.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 24.

Pergamena in buono stato di conservazione. Rasature qua e là e un piccolo foro.

(S) Anno Domini .M.CC.XXX. tercio, indictione .VI., die nono exeunte iunio. In Ripa, ante domum Widoti condam Coradi, presentibus Otobello notario, Boninsegna domine Romagne et aliis. Ibique coram domino Enrico de Siiano, vilico Ripe per dominum Aldrigetum Tridentine ecclesie electum, petiit Mucius condam Bocii, sindicus fraternitatis Sancti Michaelis et convivii eiusdem fraternitatis et pro ipsa fraternitate et convivio, Oldorico condam Steche unum sestarium olei per .X. annos retentum, salva racione dupli, de quadam domo in qua ipse moratur; ad quod respondit idem Oldoricus quod non vult ei illud dare. Item ponit et in iure dicit et allegat contra dictum Oldoricum quod pater condam dicti Oldorici dedit et solvit anuatim fictum dictum sestarium olei dicte fraternitati de iamdicta domo per .XXX. annos et plus; ad quod respondit dictus Oldoricus quod nescit nec credit si aliud non videret. Terminum ad .X. dies proximos dicto Oldorico presenti statuit dictus dominus Henricus ad denuntiandum suo defensori.

Ego Omnebonus notarius sacri palatii interfui et rogatus scripsi.

1234 marzo 15, Riva, sotto la macelleria di Liazario.

Cresenzio, vicario di Enrico da Seiano, *vilicus* di Riva per il vescovo di Trento Aldrighetto da Campo, stabilisce la scadenza entro la quale Odorico del fu Steca da Riva deve opporre le sue ragioni nella causa vertente contro Mucio di Bocio, sindaco della confraternita di S. Michele di Riva.

Originale, ACR capsula 2 n. 56-c.

(S) Anno Domini .M.CC.XXX. quarto, indictione VII, die sabato .XVI. exeunte mense marcii. In Ripa, sub becaria Liaçarii condam Maxii, presentibus Bertoldo et Petro notariis et aliis. Ibique dominus Cresencius, vicarius domini Enrici de Siiano, vilici Ripe per dominum Aldrigetum Tridentine ecclesie episcopum, statuit terminum Oldorico condam Steche presenti ad diem lune proximum deinde ad .VIII. dies ad inducendum omnes suas raciones et defensiones contra Mu[ci]um condam Bocii, sindicum fraternitatis Sancti Michaelis, de causa que vertitur inter eos.

Ego Omnebonus notarius sacri palatii interfui et rogatus scripsi.

1234 maggio 13, Riva, davanti alla casa di Martino.

1234 maggio 14, Riva, nella casa del notaio Bertoldo.

Cresenzio, vicario di Enrico da Seiano, *vilicus* di Riva per il vescovo di Trento Aldrighetto da Campo, stabilisce la scadenza entro la quale Odorico del fu Steca da Riva deve presentarsi all'udienza della sentenza nella causa vertente contro Mucio di Bocio, sindaco della confraternita di S. Michele di Riva, e ingiunge ad uno dei nunzii di Riva di notificarla all'interessato.

Il giorno successivo il nunzio Martino comunica ad Odorico il giorno stabilito per l'emanazione della sentenza.

(S) Anno Domini .M.CC.XXX. quarto, indictione VII, die sabato .XIII. intrante mense madii. In Ripa, ante domum Martini condam Nicholai, presentibus Biato notario, domino Bonivicino condam domini Riprandi, Nicholao filio Ranbaldi parolarii et aliis. Ibique dominus Cresencius, vicarius domini Enrici de Siiano vilici Ripe per dominum Aldrigetum Tridentine ecclesie episcopum, statuit Oldorico condam Steche absenti ut ad diem lune proximum, **secundum misas** sit coram eo ad audiendum sententiam de causa que vertitur inter eum et Mucium condam Bocii, sindicum fraternitatis et convivii Sancti Michaellis de Ripa; et si fuerit sive non fuerit quod sententiam dabitur; et constituit Martinum vel Morinum seu Catelinum viatores, absessores, nuncios ad denuntiandum ei dictum terminum.

Die dominico .XIIII. intrante dicto mense. In domo Bertoldi notarii, presentibus eodem Bertoldo et eius patre Viviono et aliis. Ibique dictus Martinus viator, ex parte dicti domini Cresencii, dictum terminum Oldorico dixit et denuntiavit.

Ego Omnebonus notarius sacri pallatii interfui et rogatus scripsi.

1234 maggio 15, Riva, al Ponale, nel palazzo vescovile.

Enrico da Seiano, *vilicus* di Riva per il vescovo di Trento Aldrighetto da Campo, condanna Odorico del fu Boninsegna detto *Steca* da Riva a pagare a Mucio di Bocio, in qualità di sindaco-procuratore della confraternita di S. Michele, 10 sestarii di olio, corrispondenti a dieci anni di canone d'affitto della casa, posta nel borgo di Riva, in cui Odorico stesso abita, e 26 lire di piccoli veronesi, corrispondenti alle spese sostenute da Mucio per intentare la causa.

Originale, ACR capsula 2 n. 37.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 16

Pergamena in buono stato di conservazione.

(S) In Christi nomine. Ego Enricus de Siiano, vilicus Ripe per dominum Aldrighetum Tridentine ecclesie episcopum, cognoscens causam que vertebatur inter Mucium condam Bocii sindicum et procuratorem fraternitatis Sancti Michaelis et convivii eiusdem fraternitatis pro ipsa fraternitate et convivio agentem ex una parte, et Oldoricum condam Steche de Ripa se defendentem ex altera. In qua quidem causa dictus Mucius, syndicus et procurator dicte fraternitatis et convivii pro ipso convivio et fraternitate, petebat dicto Oldorico unum sestarium olei per .X. annos retentum, salva ratione dupli, de quadam domo posita in burgo Ripe, in qua d[ictus Oldoricus] moratur, alegando et proponendo contra eum quod condam Boninsegna, pater ipsius Oldor[ici, dedit] et solvit anuatim fictum dictum sestarium olei dicte fraternitati de dicta domo per .XXX. annos et plus; ad **quod** dictus Oldoricus respondebat et dicebat quod dictum sestarium olei dicto sindaco dare nolebat, respondendo quod nesciebat nec credebat dictum condam patrem eius Boninsegnam dictum sestarium olei dicte fraternitati dedisse nec solvisse de dicta domo per .XXX. annos et plus, nisi aliut videret. Cum hec et multa alia ab utraque parte alegarentur et dicerentur, tandem vassis et auditis rationibus et alegationibus et testibus productis in dicta causa, et super his habito consilio sapientum, tallem profero sententiam: Condepno dictum Oldoricum presentem in decem sestariis olei per .X. annos retentos dandis et solvendis dicto sindaco pro dicta fraternitate et convivio hinc ad .XXX. dies proximos dandis et solvendis eidem sindaco pro ipsa fraternitate et convivio, et quia victus victori in expensis est condempnandus^{qqq}, dato sacramento dicto Mucio sindaco et ab eo prestito quod in dicta causa expenderat .XXVI. solidos Veronensium, adhibita autem prius transactione^{rrr}, condempno dictum Oldoricum presentem in ipsis .XXVI. solidis Veronensium dandis et solvendis dicto Mucio sindaco pro dicta fraternitate et convivio hinc ad dictum terminum .XXX. dierum. Anno Domini .M.CC. XXX. quarto, indictione VII. Lata fuit hec sententia a predicto vilico die lune .XV. intrante mense madii, in Ripa, in Ponali, pallatio domini episcopi, presentibus Otobono et Otobello et Bertoldo notariis et aliis.

Ego Omnebonus notarius sacri pallatii interfui rogatus et scripsi.

1240 maggio 24, Riva, nella chiesa di S. Maria.

Alla presenza di Carletto da Mercato Nuovo di Verona, podestà di Riva per Sodegerio di Tito, podestà imperiale di Trento e del vescovado trentino, l'assemblea dei *vicini* di Riva elegge Bernardo della signora Palma da Riva sindaco-procuratore e difensore della comunità, specialmente nella causa vertente con la comunità di Arco riguardo agli alberi tagliati dagli Archesi nel territorio di Riva.

Originale, ACR capsula 2 n. 30. Sul verso di mano del XIII secolo: «Carta contra homines Arci»; di altra mano sempre del XIII secolo: «Carta syndicarie comunis Ripe in dominum Bernardum de domina Palma ocasionis litis quam comune Ripe intendit habere cum comunitate Archi ocasionis arborum incissorum et olivorum^{sss} Ripe. De anno 1240».

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 13.

^{qqq} condempnadus *nel ms.*

^{rrr} transactione *nel ms.*

^{sss} Lettura incerta.

L'inchiostro è in alcuni punti molto scolorito.

(S) Anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo, indictione terciadecima, die iovis octavo exeunte maio. In Ripa, in ecclesia Sancte Marie plebis Ripe, in presentia domini Calapini dicte ecclesie archipresbiter et item ...e filii domini Carleti potestatis Ripe, Rubei de Seiano, Pellagalli de Tremosino et Çoanini de Mecoma de eodem loco Tremosini et Teutonici scutiferi predicti domini Carleti et aliorum testium ad hoc rogatorum. Ibique coram domino Carleto de Mercato Novo de civitate Verone potestate Ripe nomine domini Sodegherii de Tito potestatis et anciano civitatis Tridenti et episcopatus per dominum Federicum Dei gratia Romanorum imperatorem, in publica co[n]cione more solito congregata ad sonum campane, dominus Albertinus de domino Alberto et frater eius [Bon]efacinus, Borçaghinus de domino Iacobo, Ottobonus de domina Stadaia, Redulphinus de Braçalione, Martinus de domino Nicolao, Tochus de domina Bl[axia], Liaçarius de Maxio, Iacobinus de Fruçerio, Albertinus de domina Maria, Martinus de Persenaldo, Marquardus de domino Wigesto, Pelegrinus de Gaio, Bellotus Coa, Albertinus de domino Marguardo, Omnebonus et Rivanus fratres filii domini Iohannis de Remeço, Iohannes et [Rib]aldus fratres filii condam Caradone, Belletus de Flordebella, Bertolotus de domina Palma, Bonorinus de Caçafeda, Albertinus Gracolla, Çanebonus filius Wilielmi et idem Wilielmus, Dellaidus de Dodo beccario, Lumbardus, Albertinus filius Bruxaferi, Tencadura, Galvagnus filius Wasgrini et idem Wasgrinus, Tarcagnus, Delavantius condam Martini, Vivionus de Gavaço, Lutherius de Leudro, Poletus et Deghelwardus fratres filii condam Ottolini de Coppa, Benetevogius, Tridentinus Rivani, Petrus ultramontanus, Gis...inus et Riprandinus fratres, Ercius de Stewanello, Federighinus, Delaidus et ...minus fratres filii condam domine Rivane, Trufelexius et eius filius Delavantius, Otolinus filius Bontempi, Masarius de Cristiano, Maltalentus de Laçesio et frater eius Boninsegna, Myfredinus de Darso, Bertraminus de Gotefredo, dominus Groppus, Ribaldus filius Bondi, Benevenutus Caldera filius Tochi, Stephanus brentarius, Caput nigrum, Degolwardus, Multrudus, Graciadeus filius Mucii et idem Mucius, Omnebonus filius Blaxii, Quiatinus Ycilini, Degolmandus filius Ottolini et idem Ottolinus, Tolcenda pa[ro]larius, Fraschetus filius domini Ottoboni, Bocaranus de Laçesio et filii sui Bertoldus et Delaidus, Manera barberius, Nasinbenus filius Nicolai, Risus, Ardoynus, Bronçollus, Bocasancta, Çanebellus filius Iacobini, Pantanus filius Salomonis, Odericus de Basalico, Speçamontonus de Remeço, Rivanus Oddonis, Rivaninus magistri Redulphi, Bologninus, Ç...inus, Culetus filius eius, Delaidus, Prevedinus et Graciadeus filius predicti Redulphini, Adelperius de ... et filii sui Rivaninus et Bertollus, Paschetus de Dodo, Rivanus filius Wilielmi, Rivaninus filius Bernardi, Rivabenus filius Iohannis de Morio, Rengus filius Stephani Lunghi, Bertoldus de Mellarollo et eius filius Nicolaus, Coreçolla, Matheus filius Omneboni de Bertoldo et idem Omnebonus, Çanebonus Mucius, Bernardus de Bonecolsa et eius frater Garla^{III}, O[rl]andinus de Grixia, Carvasall[us], Gracius de Prannono, Iohannes et Martinus fratres filii domine Bonore, Girardinus Pestorellus, Rivanus sartor, Gerardus de Ruçinello, Percivallus, Fochinus filius Mucii, Bonensegna naturalis condam domini Iacobi, Rivabenum, Panellus, Çenellus de Deno, Graciollus de Remulario, Mayfredinus de Waldrico, Delaidus Torta, Delaidus filius condam Martini Mançole, Lanfrancus notarius, Fostinus condam Açolini, Marcius parolarius, Delaidus de Rivano, Boianus de Bayno, Durentus de Castelada et frater eius Rivaninus, Iohannes Beatricis, Iohannes Ordane, Iacobellus de Spinello et Ricaldinus, Naxinbenus de Bronçono, Morinus, Bovetus, Petrus, Redulphinus de Dodo, Mayfredinus filius Liaçarii, Çuchelletus de Pigocino, Blanchus tabernarius, Omnebonus de Passirono et filius eius Çoaninus, Iacobinus condam ...ani, Brentella, Bonensegna de Romagna et filius eius Lanfranchinus, Wasgrinus Mayneti, Albertinus Iohannis de Madio, Albertus Calçavaca, dominus Aço de Verona, Tebaldinus Iohannis de Bono, Polinarius, Petrus de Prannono et Moia pischator, Iohannes de Passirono, Bertolameus de Carlaxiora, Martinellus sartor, Levalaxinus, Iacobinus domine Masere, Dominicus Dens, Çollus piliparius, Bolçonus, Iohannes de Bruçelixio, Omnebonus de Bonora, Iohannes de Garugio, Paschalinus filius Rave, Canabuxius filius Ottoboni, Crescembenus Omneboni, Bonfantus filius Wacii, Pederçana, Buschetus filius domini Gratiadei, Uguçonellus filius domini Albertini, Ottobonus notarius et Ottobellus notarius, omnes predicti in suprascripta concione more solito congregata ad sonum campane viva voce vice et nomine comunis Ripe et pro ipso comuni et tota universitate, fecerunt et constituerunt atque laudaverunt dominum Bernardum de domina Palma de Ripa presentem ad dictum comune de Ripa sindicum, actorem et procuratorem et deffensorem generaliter in omnibus illis placitis et negociis que dictum comune de Ripa habet vel habere intendit sive facere cum aliqua persona, vel aliqua persona habet vel facit vel habere vel facere intendit contra dictum comune, et specialiter in causa quam ipsum comune et universitas Ripe habet vel habere intendit seu facere contra comune et universitatem terre et plebatus

^{III} Lettura incerta. Forse Gamba.

Arci de arboribus eis incissis per homines illius universitatis terre Arci, in agendo et deffendendo, opponendo et respondendo, incipiendo et finiendo, dandis testibus et recipiendis, sententia sive sentenciis audienda sive audiendis, appellatione sive appellationibus facienda et faciendis et in omnibus rebus utilibus et necessariis circa predicta faciendis et contratandis, et quicquid dictus Bernardus syndicus, actor et procurator et deffensor in omnibus suprascriptis dixerit seu fecerit, omnes predicti vice et nomine comunis Ripe et pro ipso comuni et universitate viva voce promisserunt per stipulationem eidem Bernardo se firmum et ratum habere et tenere, et iudicatum solvi sub ypotheca bonorum dicti comunis Ripe, hinc ad medium annum proximum hoc quoque facto. Ibi in presuntione idem Bernardus syndicus, actor et deffensor et procurator ad sancta Dei ewangelia omnia que superius scripta sunt, bona fide sine fraude, remoto odio et amore et timore, facere et contrattare ad maiorem utilitatis dicti comunis Ripe, iuravit hinc ad dictum terminum.

Ego Wilielmus de Fortolino domini Raimondi comitis de Lomello sacri palatii notarius rogatus ad hoc interfui et me subscripsi.

Ego Iohannes notarius sacri pallacii ad omnia suprascripta interfui et me subscripsi.

Ego Bertoldus notarius sacri pallatii omnibus predictis interfui rogatus et scripsi.

1240 giugno 9, Trento, nel palazzo vescovile.

Alla presenza di Bartolomeo da Alba, giudice della curia imperiale e assessore di Sodegerio di Tito, podestà di Trento e del vescovado trentino per l'imperatore, in riferimento alla lite vertente tra la comunità di Riva e quella di Arco riguardo al presunto diritto degli Archesi di prendere e tagliare anche nel territorio di Riva gli alberi necessari per ricostruire il ponte di Arco, depongono Uguccione, sindaco-procuratore della comunità di Arco, che rivendica tale diritto e chiede quindi venga annullato l'interdetto ad esercitarlo emanato della curia imperiale, e Bernardo di Palma, sindaco-procuratore della comunità di Riva, che vi si oppone.

Originale, ACR capsula 2 n. 28-a. Sotto la sottoscrizione notarile compare una lista di undici nomi di uomini preceduta dal numero XXII. La scrittura è diversa e le persone elencate sembrano non avere attinenza con la causa trattata nel documento: «XXII: dominus Iohannes, domini Gunselmus, Antonius, Osmundus, Augustus, Carlus, Gotefredus, Marorentus, Trentinus Sana, Guçantus, Pell[egrinus] de Dosso».

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 12.

Pergamena in discreto stato di conservazione, presenta nella parte centrale una cucitura verticale di 5 cm ca. e delle macchie d'inchiostro nella parte conclusiva.

(S) Anno Domini millesimo CC XL, indictione XIII, die sabati VIII intrante iunio, in Tridento, in palacio episcopatus, presentibus domino Çordano, domino Alberto, domino Iohanne iudicis, Oberto, Çacarano notariis et aliis. Ibique coram domino Bertolomeo de Alba iudice imperialis curie et assessore domini Sodegerii potestatis Tridentis et episcopatus per dominum imperatorem, petit in iure dominus Ugoçonus syndicus hominum et comunitatis plebis de Archo interdictum factum eidem removeri et inde tollatur de lignamine pontis de Archo, et eum in tali possessione vel quasi quod actenus steterunt debeat dimittere.

Respondit Bernardus syndicus hominum et comunitatis de Ripa quod non vult quod interdictum deinde tollatur. Immo petit quod per sententiam pronunciatur quod non debeant incidere arbores nec lignamen suum illorum de Ripa nec sui plebatus.

Ad quod dictus Ugoçonus respondit et dicit quod non vult quod debeat pronunciare quod non incidant de lignamine et arboribus illorum de Ripa et sui plebatus.

Item dicit et protestatus est Ugoçonus syndicus quod prius debeat cognosci de possessione.

Item dicit Ugoçonus quod talis consuetudo est optenta per homines de Archo per X et XX et XXX et XL et L et LX annos et plus et per tantum tempus cuius non est ad memoriam quod inciderunt et consueti sunt incidere arbores et lignamen in plebatibus de Ripa, Teni, Archi, Cavedani; quod Bernardus syndicus nescit nec credit nec alium videtur.

Item dicit Ugoçonus syndicus quod illi de Ripa et de Cavedano et de Nacu et de Teno fuerunt in concordio cum illis de Archo, sub episcopo Gerardo, murandi dictum pontem, ad hoc quod non inciderent dictum lignamen et arbores ipsorum de Ripa, quod Bernardus nescit nec credit nec alium videtur.

Item dicit Ugoçonus syndicus quod quando illi de Archo vadunt ad incidendum lignamen illorum de Ripa, quod illi de Ripa designant arbores quas debent incidere; quod Bernardus syndicus non credit.

Item dicit Ugoçonus syndicus quod ipse Bernardum syndicum hominum Ripe hoc anno designavit eis de Archo incidere arbores; quod non credit Bernardus syndicus. Item dicit Ugoçonus syndicus quod homines de Archo consueti sunt ire et incidere arbores ubi voluerunt in plebatu de Ripa et Teni et Cavedani et Naci per X et XX et XXX et XL et L et LX annos et plus et per tantum tempus cuius non est ad memoriam, quod Bernardus syndicus non credit nec aliud videtur.

Item dicit Bernardus syndicus quod possessio quam dictus Ugoçonus syndicus hominum et comunitatis de Archo dicit habere, si aliquam habent, dicit quod semper perturbaverunt eis illam in fugando eos et coçando et vulnerando eis equos subtus. Unde dictus dominus Bertolameus statuit terminum partibus ad probandum hinc ad octo dies proximos, nec vult eum dimittere in illa possessione cum nullum ius habet nec aliquam possessionem.

1240 luglio 19, Trento, nel palazzo vescovile.

Il giudice imperiale Bartolomeo stabilisce la scadenza entro la quale le parti sono tenute a dimostrare le loro ragioni nella causa tra loro vertente.

Originale, ACR capsula 2 n. 28-b.

Item post ea, die iovis XIII exeunte iulio, in Tridento, in palacio episcopatus, presentibus Matheo, Çacarano et Spinello et aliorum. Ibique dominus Bertolameus predictus statuit terminum per emptionem ad probandum inter Bernardum syndicum de Ripa et Ugoçonum syndicum de Archo presentes de causa que inter eos vertitur, et quem nuncium velit de causa denunciare et odie et cras probetur quid vellit citatis partibus.

1240 agosto 4, Trento, nel palazzo vescovile.

Il giudice imperiale Bartolomeo nomina i testimoni dei sindaci delle due comunità e stabilisce in 10 giorni la scadenza per il dibattimento della causa e successivamente in 5 quella per l’emanazione della sentenza.

Originale, ACR capsula 2 n. 28-c.

Item post ea, die sabati IIII intrante agosto, in Tridento, in palacio episcopatus, presentibus dominis Çordano, Alberto iudicis, Matheo et Çacarano notariis et aliorum. Ibique dominus Bertolameus dictus pronunciavit testes Bernardi Palme syndici hominum et comunitatis^{uuu} Ripe et Ugoçonis syndici et procuratoris hominum et comunitatis Archi qui[vi]s et statuit terminum hinc ad X dies ad ferçetandum et ad disputandum et de[ff]endendo; in]de^{vvv} ad quinque dies ad dandam sententiam, salvo eo quod omnes illas testes quos iuraverunt et quos odie partes dare volunt quod denunciatum sit infra terminum debeant^{www} scribi aliter vero non de causa que inter eos vertitur.

Ego Rodulfus domini Federici Romanorum [imperatoris] notarius interfui et rogatus scripsi.

^{uuu} Due lettere cassate.

^{vvv} Lacuna per macchia d’inchiostro.

^{www} fac cassato.

1240 giugno, [Trento, nel palazzo vescovile].

Deposizioni di 25 testimoni prodotti da Uguccione, sindaco della comunità di Arco, nella causa vertente con la comunità di Riva riguardo al presunto diritto degli Archesi di tagliare e prendere gli alberi posti nel territorio di Riva per ricostruire il ponte di Arco.

Originale, ACR capsula 2 n. 25.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 11.

Il documento è costituito da un rotolo di 19 pergamene unite tra loro con dei legacci di pelle. Le pergamene, pur nel complesso in buono stato di conservazione, presentano spesso gravi rasature, lacerazioni, fori e macchie d'umidità.

Trascrizione per estratti: sono state trascritte integralmente le deposizioni dei primi 3 testimoni; di quelle successive sono state omesse le parti che includevano notizie di avvenimenti e opinioni già riportate in quelle precedenti (la trascrizione include il nome del testimone, le informazioni che lo riguardano e le sezioni in cui compaiono annotazioni e particolari inediti).

Testes Ugoçonis syndici hominum et comunitatis de Archo contra Bernardum de Pa[lma]^{xxx} sindicum hominum et comunitatis Ripe et contra ipsam comunitatem, producti in anno Domini millesimo CCXL., indictione .XIII. de mense iunio.

Maçaracha, iuratus dicit: «Scio ex auditu quod homines de Archo et comune Archi habent ius accipiendi et incidendi trabes et arbores cuiuscumque sint ad opus pontis Archi, a ponte mormoreo versus Archum, a rovero Naci in la et in toto plebatu Ripe et in plebatu Tenne et in toto plebatu Archi sua auctoritate, et quod propter illud lignamen pontis Archi debet esse liberum, et quod inde sunt carte et inter homines de Tridento et homines de Archo, sed bene visum habeo homines de Archo incidere arbores infra dictas confines ad opus ipsius pontis et conducere ad ipsum pontem, sed in plebatu Ripe non vidi incidere, sed bene intellexi ab hominibus de Archo quod arbores quasdam, quas vidi apud pontem, venerant de plebatu Ripe. Item scio quod a tempore episcopi Conradi condam citra visum habeo dictos homines de Archo stare in possessione incidendi dictas arbores infra dictas confines, excepto [in] dicto plebatu Ripe et sine aliqua contradictione et consuetudo ista semper obtinuerunt incidendi dictas arbores ad opus ipsius pontis, ab illo tempore [ci]tra, sicut vidi et sicut publice dicitur, excepto in dicto plebatu Ripe. Interrogatus si scit vel audivit quod homines de Ripa^{yyy} haberent aliquam discordiam vel rixam cum hominibus de Arco occasione quod vellent incidere arbores in plebatu Ripe ad opus dicti pontis, respondit: «Non». Interrogatus quid est consuetudo, respondit: «Quando homines volunt incidere dictas arbores». Interrogatus cuius sunt arbores quas vidit incidere, respondit: «Cuisdam Martini Cune de Cavedano, et ego met incisi et aliorum hominum de quibus non recordor». Interrogatus quot arbores vidit incidere a sua recordancia citra, respondit: «Bene XII arbores». Interrogatus si homines quorum erant ipse arbores contradicebant, respondit: «Non, quod viderem nec audirem». Interrogatus si vidit incidere arbores aliquas in plebatu Tenne et Arci, respondit: «Non, que non vidi ipsos incidentes ...^{zzz} in plebatu Arci et Marucii et Cavedani». Interrogatus qui erant illi homines qui ibant ad incidendas dictas arbores, respondit: «Satis erant homines, scilicet Çavarisius et Uliverius et Milus de Summonte et alii multi bene LX homines cum securibus et lanceis. Nescio unde dicti homines de Archo habeant ius illud neque illam rationem». Interrogatus per quot vices vidit homines de Archo incidentes dictas arbores, respondit: «Bene per VI vices vel circa illud. Ego non sum de comunitate Archi nec solvo partem expensarum istius cause et vellem quod pars illa que habet rationem, vinceret causam; et sum liberum; hoc non dico odio precio amore vel timore». Interrogatus si una pars Ripe stetit foras et adhuc stat, respondit: «Sic. Item scio quia vidi dominum Albertum de Anco et Lanfrancum Bexuini dicentes hominibus de Archo quod quando volebant facere suum pontem quod deberent venire ad ipsos et ipsi designarent eis arbores ad opus illud competentes; et hoc fuit in platea de Archo, et hoc fuit a .VII. annis citra, de presentibus non recordor, sed multi ibi erant, de die non recordor, sed fuit quodam die festivo, quo mense esset non recordor. Et audivi quod ipsi homines de Ripa, scilicet Albertus de Anco et Lanfrancus Bexuini, dicebant quod volebant dare quingentas libras Veronensium, si illi de Archo vellent facere dictum pontem de petra^{aaaa}, sed si ipsi hoc dicerent pro comuni Ripe nescio».

^{xxx} La pergamena manca dell'angolo destro

^{yyy} de Ripa sopra il rigo

^{zzz} Lacuna di una parola.

^{aaaa} sed si ipsi dicerent cassato

Dominus Martinus archipresbiter de Arco, iuratus dicit: «Scio quod homines et comune Archi habent ius accipiendi et incidendi trabes et arbores^{bbbb} cuiuscumque sint ad opus pontis Archi, a ponte marmoreo versus Arcum, a roveredo Naci in la et in toto plebatu Ripe et in plebatu Tenni et toto plebatu Arci sua auctoritate, et quod propter illud lignamen pontis Archi debet esse liberum, et quod de hoc debent esse carte concordii inter civitatem Tridenti et dominos et comune Archi». Interrogatus quoniam scit quod dictum ius habeant accipiendi et incidendi dictas trabes et arbores, ut superius dixit, respondit: «Quia recordor .LX. annos et plus et semper visum habeo dictos homines de Archo, quotienscumque voluerunt facere pontem predictum, inciderunt et acceperunt dictas trabes et lignamen infra dictas confines quiete et sine aliqua contradictione, et tempore condam Adelpreti [episcopi] Tridentini, et ideo credo quod habeant dictum ius accipiendi et incidendi et faciendi predicta». Interrogatus quoniam scit quod propter hoc debeat esse liberum, respondit: «Illud auditum hadeo dici». Interrogatus quoniam scit quod inde sint carte concordii inter civitatem Tridenti et homines et comunitatem de Arco, respondit: «Auditu, sed inde non vidi aliquas cartas». Interrogatus si vidit homines de Archo incidere de dictis arboribus hominum Ripe, respondit: «Sic, vidi per duas vices et ante plus quam minus, et conducere dictas arbores ad dictum pontem faciendum per homines de Archo». Interrogatus quibus fuerunt incise dicte arbores, respondit: «Nescio nec recordor». Interrogatus quantum tempus est quod hoc fuit, respondit: «Non recordor^{cccc}». Interrogatus quo loco fuerunt incise, respondit: «In contrata de Briono». Interrogatus cuiusmodi arbores fuerunt ille que fuerunt incise, respondit: «Olive et nogarie et alie arbores, sed cuius essent nescio». Interrogatus qui erant illi qui ipsas incidebant, respondit: «Nesio, nec quia erant de Arco». Interrogatus si homines de Ripa semper, quando illi de^{dddd} Archo volebant incidere arbores in plebatu Ripe, homines de^{eeee} Ripa contradicebant et manu armata se deffendebant ab illa violencia, respondit^{ffff}: «Non vidi quod venirent, sed bene audivi dici quod ibi venerunt». Interrogatus si propter hoc sedicio et maxima discordia orta est inter homines de Ripa et homines de Archo, et si scit vel audivit quod aliqui de Archo vel de Ripa propter hoc essent vulnerati, respondit: «Nescio, sed bene audivi dici quod sit, sed ibi non interfui». Interrogatus si quando illi de Archo ibant ad incidendum de arboribus hominum Ripe portabant arma, respondit: «Sic, faciebant lanceas et manaras et non alia arma, quod viderem». Interrogatus si tempore pacis homines de Archo numquam fuerunt ausi incidere arbores illorum de Ripa, nisi per vim et cum^{gggg} armis et contradictionibus semper illi de Ripa et dicentes: «Nolumus pati hoc, quia non est verum ius», respondit: «Nesio aliquid inde». Interrogatus si illi de Archo revertebantur Archum absque incisione arborum propter deffensionem illorum de Ripa, respondit: «Non. Item scio per credenciam quod dicti homines de Archo steterunt in dicta possessione de incidendis dictis lignis a dicto tempore citra domini Adelpreti episcopi condam Tridentini, et bene credo consuetudo aperita sit per homines de Archo a dicto tempore dicti domini episcopi Adelpreti citra si illi de Archo inciderent aliquas alias^{hhhh} arbores hominum Ripe. Nescio neque scio si Bernardus domine Palme de Ripa designaret aliquas arbores hominibus de Ripa ad incidendum ad opus pontis predicti. Item scio quod visum habeo nuncium episcopi Tridenti, scilicet caniparium de Arco, videlicet Marchesium condam canipariumⁱⁱⁱⁱ episcopi, ire cum hominibus de Archo, quando ibant ad incidendum dictas arbores, sed nesio si debeat designare nec dare primum ictum, sed bene credo quod nuncius episcopi illas arbores debeat eis designare ratione episcopatus, si homines illud petunt, sed aliter nescio». Interrogatus quam partem vellet vincere causam, respondit: «Ego vellem quod illi de Archo ante haberent racionem quam illi de Ripa et vellem quod illi de Ripa haberent suam racionem. Non sum de sidicatu illorum de Archo nec solvo aliquid de expensis cause, equaliter diligo utramque partem». Interrogatus quis contulit illud ius^{jjjj} illis de Arco, incidendi dictas arbores, respondit: «Nescio»^{kkkk}. Interrogatus si arbores que incidebantur erant de comuni, respondit: «Credo quod erant de certis personis». Interrogatus si illi de Archo debent habere racionem illam contra certas personas et contra comune Ripe, respondit: «Contra comune et contra certas personas, ubicumque arbores ad utilitatem pontis sint, semper auditum habeo dici». Interrogatus si una pars illorum de Ripa stetit extra terram de Ripa, aput

^{bbbb} q cassato

^{cccc} La pergamena presenta una piccola lacerazione sul margine destro: recor (buco) dor (a capo)

^{dddd} de sopra il rigo

^{eeee} Arco cassato

^{ffff} Respondit sopra il rigo

^{gggg} arbores cassato

^{hhhh} alias sopra il rigo

ⁱⁱⁱⁱ episcopi de Arco cassato

^{jjjj} ius sopra il rigo

^{kkkk} Interrogatus cassato

Arcum et ad huc stant^{lll}, respondit: «Sic». Interrogatus si homines de Archo expugnaverunt terram Ripe et bona ipsorum destruxerunt, respondit: «Non. Ego veni ad dicendum hoc testimonium de precepto Uguçonis sindici de Arco». Interrogatus pro quanto nollet quod illi de Archo perderent causam istam, respondit: «Ego nollem pro centum marcis quod illi de Archo nec illi de Ripa amitterent suam racionem». Interrogatus si illi de Archo amitterent causam si oporteret eos postea incidere de suis arboribus plus quam modo incidant, occasione dicti pontis, respondit: «Sic facerent, sed cum toto eo incidunt illi de Archo magis de suis arboribus quam illorum de Ripa». Interrogatus si illi de Archo haberent dampnum si amitterent causam, respondit: «Sic, haberent, quia oporteret eos post ea incidere de suis arboribus et forte de aliis. Hoc non dico precio vel timore vel amore, et non sum doctus hoc dicere».

Ribaldus de Summonte, iuratus dicit: «Scio quod homines et comune Archi habent ius accipiendi et incidendi trabes et arbores cuiuscumque sint ad opus pontis Archi, a ponte marmoreo versus Arcum, a rovro Naci in la et in^{mmmm} toto plebatu Ripe, Tenni et Archi, auctoritate sua et quod propter illud lignamen pontis Archi debet esse liberum, et de hoc debet esse carta concordii inter civitatem Tridenti et dominos et comune Archi. Item scio quod ipsi homines de Archo in tali tenuta et possessione de incidendis arboribus predictis hominum et comunis Ripe steterunt per X, XX et XXX et XL et LX et C annos et plus et tanto tempore cuius non extat memoria, et talis consuetudo semper et per tantum tempus est servataⁿⁿⁿⁿ per homines de Archo. Item scio quod homines de Archo hoc anno inciderunt de arboribus hominum de Ripa in pace et quiete et eas conduxerunt ad dictum pontem faciendum. Item scio quod nuncius episcopi, videlicet caniparius Arci, debet designare trabes et lignamen pontis et debet racione episcopatus dare primum ictum in arbore que acciperetur ad dictum pontem faciendum, et post ea homines de Arco illam arborem debent et possunt libere incidere ad opus pontis». Interrogatus quoniam scit quod dicti homines de Arco habebant dictum ius accipiendi et incidendi dictas arbores et quod steterunt in tali possessione per tantum tempus, respondit: «Quia hoc semper auditum habeo dici a meis antecessoribus, sed non interfui ubi aliquam arborem inciderent in plebatu Ripe, sed in plebatu Tenni, Archi, Cavedeni interfui ad incidendum de dictis arboribus». Interrogatus quoniam scit quod dictus pons debeat esse liberum propter dictum legnamentum, respondit: «Ex auditu». Interrogatus quoniam scit quod inde debeat esse carta concordii inter homines de Arco et homines et civitatem Tridenti, respondit: «Ex auditu». Interrogatus quoniam scit quod talis consuetudo sit servata inter ipsos, respondit: «Quia semper hoc audivi dici et eciam vidi trahere de arboribus, quas dicebant incidisse in plebatu Ripe, et hoc vidi per duas vices». Interrogatus quoniam scit quod hoc anno inciderunt de arboribus illorum de Ripa, respondit: «Quia hoc audivi dici et vidi arbores que dicebantur esse incise in plebatu Ripe». Interrogatus quoniam scit quod nuncius episcopi, videlicet caniparius de Arco debet designare trabes et lignamen pontis racione episcopatus et dare primum ictum, respondit: «Ex auditu, et quia vidi Gerardinum de Sumonte dare primum ictum in arbore una que incidebatur in plebatu Arci». Interrogatus si scit vel audivit quod homines de Ripa semper contradixerunt quando homines de Arco ibant ad incidendum arbores in plebatu Ripe, respondit: «Nescio quia non vidi quod inciderentur in plebatu Ripe. Nescio si facerent inter se aliquod stormenum propter hoc». Interrogatus si propter incisionem^{oooo} dictorum arborum sedicio orta est inter homines de Ripa et homines de Arco, respondit: «Sic est, quia inde dolent illi de Ripa, et auditum habeo^{pppp} dici quod fecerunt stormenum unum illi de Ripa et illi de Archo, ideo quia homines de Archo inciderant arborem unam in Brione pro dicto ponte, et quod fuit ibi mortuus unus equus domini Rabaldi de Ysopo; et bene vidi quod illi de Archo tunc contra voluntatem hominum de Ripa duxerunt arborem illam apud Arcum, et vidi quod ipsi de Archo bene veniebant^{qqqq} armati cum lanceis et scutis, et poterant esse circa .LX. homines vel .XL.». Interrogatus quoniam scit quod arborem illam acceperant contra voluntatem hominum de Ripa, respondit: «Quia homines de Ripa illud dicebant». Interrogatus si scit quod homines de Ripa semper contradixerunt, respondit: «Nescio». Interrogatus quid est consuetudo, respondit: «Tollere lignamen ad dictum pontem». Interrogatus si illi de Ripa approbaverunt consuetudinem predictam, respondit: «Nescio. Ego sum de plebatu Arci et sum de syndicato dicti Ugucionis et bene solvo partem expensarum ipsius cause que mihi contingit». Interrogatus si ipse testes haberet dampnum si illi de Ripa vincerent causam, respondit: «Sic, et sum liber homo». Interrogatus quam partem magis diligit, respondit: «Ego magis diligo partem de Arco quam de Ripa». Interrogatus si una pars Ripe est foras et habitat apud Arcum, respondit: «Sic est. Nescio quis conferret dictum ius hominibus de Arco; nescio si homines quorum erant arbores essent presentes quando incidebantur, et sunt arbores certarum personarum et non de comuni

^{lll} Leggi stat

^{mmmm} a cassato, in sopra il rigo

ⁿⁿⁿⁿ consuetudo cassato.

^{oooo} ibus cassato, em sopra il rigo.

^{pppp} inde cassato.

^{qqqq} arb cassato.

que inciduntur; bene haberem dampnum si illi de Arco amitterent causam; ego vellem quod illi de Arco vincerent causam; ego veni precepto domini Ugoconis ad faciendum hoc testimonium».

Maçocus de Arco... «Item scio ex auditu quod homines de Ripa et specialiter dictus Bernardus Palme ostendebant arbores et lignamen hominibus Arci et eisdem designabat, dicendo: «Incidite istas quia bene sunt ad pontem», sed non interfui ubi aliquam faceret designationem, sed illud audiui dici»... respondit: «Quia, a mea recordancia citra que est .XXX. annos et plus, quodcumque opus fuit, visum habeo homines et comune de Archo ire et tollere et incidere dictum lignamen et ducere ad opus dicti pontis faciendum». Interrogatus quis dedit eis illam rationem et illud ius eis contulit, respondit: «Nescio». Interrogatus quo loco incise fuerunt dicte arbores, respondit: «In Briono et ad Planonum et ad Crucem de Marono, et ibidem interfui et vidi, et fuimus forte .XX. homines vel circa illam quantitatem, et incidebantur in duobus locis, videlicet in Briono et in Pranano, et ego incisi cum mea societate ad Crucem de Marono; et in uno anno incise fuerunt ad Pranonum et ad Crucem, et in uno alio tempore et in Briono, et fuerunt nogarie que fuerunt incise, et fuerunt arbores certarum personarum et non comunis Ripe». Interrogatus cuius fuerunt arbores, respondit: «Arbor incisa ad Crucem de Marono fuit Tebaldi de Manuello, de aliis non recordor». Interrogatus si illi quorum erant arbores erant presentes, respondit: «Non, sed Tebaldus statim supervenit et dixit quod molestum erat sibi de arbore sua incisa, et fecit maxima verba, sed in fine dixit: «Habeatis ipsam ex parte Dei et mea». Interrogatus si ibidem portaverunt aliqua arma, respondit: «Non, nisi secures et lanceas». Interrogatus si homines de Ripa contradixerunt eis de Arco aliqua vice, dicentes quod hoc non erat ius illorum de Arco et quod hoc non sustinerent, nec sustinere volebant, respondit: «Bene venerunt ibi in Briono homines de Ripa cum armis, et quia quidam boves duo non poterant poni ad trahendam trabem, quidam de Arco inciderunt unam plantam unius nogarie ut poneret boves ad trahendum, et propter illam plantam illi de Ripa clamaverunt et dixerunt quod male faciebamus, quia incidebamus omnes arbores indifferenter; et sic creverunt verba et fuit ibi stormenum et fuit vulneratus unus equus domini Ribaldi de Ysopo de Archo, ita quod obiit; et iam sunt .X. anni et plus quod hoc fuit et ibi eram presens; de mense et die non recordor, sed hoc fuit in contrata de Valeo». Interrogatus quoniam scit quod dictus pons propter hoc debet esse liberum, respondit: «Quia ibidem non tollitur aliquid transeuntibus»... Interrogatus per quot vices fuit ad incidendas dictas arbores, respondit: «Per tres vices, scilicet in Briono prima vice, secunda vice ad Crucem de Marono et tertia vice in Briono similiter. Item scio quod hoc anno, a sancto Michaeli nuper transacto citra fui in Briono et traxi tres trabes ad dictum pontem, sed non interfui ad illas incidendas». Interrogatus quoniam scit quod nuncius episcopi, scilicet caniparius Arci, debeat designare trabes et lignamen pontis ratione episcopatus et dare primum ictum, respondit: «Quia semper hoc visum habeo a mea recordancia citra ita facere». Interrogatus si percussit primum ictum in dictis arboribus incisis, respondit: «Sic fecit in una arbore que fuit incisa apud Tenne, ubi ego interfui, et fuit quidam Gerardinus qui erat caniparius episcopi, sed nescio quis ei concederet illam rationem». Interrogatus si talis consuetudo est bona vel mala, tollere et incidere alienas arbores, respondit: «Nescio si sit bona vel mala, sed credo quod sit bona, ideo quia ponuntur ad faciendum dictum pontem, quod prosuit homines inde per transire»... Interrogatus si homines de Archo debent habere et habent ius predictum incidendi dictas arbores contra comune Ripe vel contra certas personas, respondit: «Contra comune ubicumque inveniunt. Nescio si illi de Archo irent ad expugnandum terram de Ripa nec ad devastandum suam blavam nec suas arbores». Interrogatus si illi de Archo sunt inimici illorum de Ripa, respondit: «Quidam sic, quidam non, sed ego non sum illorum inimicus. Ego veni per [pre]ceptum Ugoconis sindici de Arco, et dicunt mei vicini quod nuncius [ve]nit ad precipiendum eis». Interrogatus si illi de Ripa vincerent causam si op[ortet] eos de Arco post ea incidere plus de suis arboribus, respondit: «Sic facerem».

Bertoldus filius condam Manfredini de Castello... «Item scio quod hoc anno nuper transacto filii mei iverunt in Briono ad trahendum lignamen quod homines de Archo inciderant ad opus dicti pontis»... Interrogatus... quis eis concessit dictum ius, respondit: «Quia credo quod episcopatus illud ius eis concederet»... «et quia bene per tres vices vel quatuor ivi egomet cum aliis de Arco in plebatu Ripe ad accipiendum et incidendum de dicto lignamine, in loco Brioni et ad Traligum; nescio cuius essent arbores que incise fuerunt, et non erant presentes illi quorum erant arbores nec umquam vidi nec scio quod homines de Ripa contradicerent hominibus de Arco quia non fuerunt presentes, ut dixi»... «et bene ibant .XX. homines insimul ad incidendas dictas arbores et quandoque plus». Interrogatus quid est consuetudo, respondit: «Nescio». Interrogatus quoniam scit quod filii sui hoc anno iverunt ad trahendum de dicto lignamine, respondit: «quod/Quia nuncius hominum de Arco precepit quod illuc irent, et ego mis[i] unum de meis filiis». Interrogatus quoniam scit quod nuncius episcopi debet dictam arborem designare et dare primum ictum, respondit: «Quia credo quod episcopatus ei concederet, et quia visum habeo de ipsis nunciis designare de dictis arboribus, et fuit Albertus ferrarius de Muxono condam quem vidi percutere in unam arborem in Briono per unam vicem»... «et bene est una pars de foris illorum de Ripa et stetit ad huc stat»... «Nescio si homines de Archo irent ad expugnandum terram de Ripa nec quod devastarent suam blavam^{mtt} nec bona

^{mtt} blavam *sopra il rigo*.

ipsorum, sed bene posset esse quod pars de Ripa que stat de foris illuc ivit et expugnavit, sed non interfui ibi. Et veni precepto Largade nuncii domini episcopi ad faciendum hoc testimonium»...

Riprandus Veculus... «Item quia visum habeo quotiens opus fuit aptare pontem ire homines de Archo per dictos plebatus ad incidendas dictas arbores, et specialiter in plebatu Ripe iverunt bene per tres vices, a mea recordancia citra que est .XL. annorum; et egomet personaliter interfui in Briono ad incidendum de dictis arboribus, iam sunt .XXV. anni; et fuerunt arbores incise in Briono cuiusdam qui vocabatur Pinus; et erant certarum personarum et non de comuni, et non erant ibi presentes homines quorum erant arbores, sed quidam bene superveniebant et dicebant quod male faciebamus, et erant inde tristes quia incidebamus»... «Nescio aliter, nisi quia hoc pluries visum habeo ipsos caniparios facientes, et fuit quidam Gerardinus caniparius de Arco qui illam designavit et percussit in plebatu Tenni et in Briono, sicut credo quod Albertus condam ferrarius de Muxono designavit unam et percussit primum ictum; nescio si discordia nata sit inter homines de Archo et illos de Ripa propter dictam incisionem. Et quandoque erant .C. homines ad incidendas arbores et quandoque minus, et non ibant nec cum manara et lanceis et spatibus»«Et bene est una pars de Ripa extra burgum Ripe et stat apud Arcum»...

Homegus de Arco... «per IIII vices egomet cum illis de Archo ivi in Brionum et ad Traligum ad incidendum de dictis arboribus hominum de Ripa»... «et quidam ex illis hominibus bene iuvabant homines de Archo volvere trabes et arbores quando erant incise»... «Credo quod sit liber pons propter dictum lignamen et quod non colligitur ibi muda. Item scio, ex auditu et quia misi illuc filium meum, quod homines de Archo hoc anno iverunt ad Traligum et ad Colognam in plebatu Ripe ad incidendum de dictis arboribus ad pontis opus; et bene vidi quando trahebant illas arbores et audiui quod homines quidam de Archo dicebant quod Bernardus de Palma tunc eis designaverat arbores quas inciderant, sed ibi non interfui»... «et vidi Albertum ferrarium condam de Muxono, qui erat tunc caniparius, designare arbores IIII et plus in Briono et in Tenne»... «illi de Archo portabant secum quandoque lanceas et quandoque spatibus suas»... «Bona consuetudo est si tollitur pro faciendo ponte; non credo quod illi de Ripa approbarent dic[tam] consuetudinem, sed auditum habeo dici quod approbarerunt arbores olive et nugarie»... «Bene est una pars de Ripa foras de burgo Ripe et habitavit et ad huc habitat apud Arcum»...

Vivaldus de Arco... «citra homines de Archo bene per septem vices in plebatu Ripe vel plus vidi incidere de arboribus hominum de Ripa pro dicto ponte faciendo, sed bene credo quod homines quorum erant arbores inde dolebant». Interrogatus cuiusmodi arbores, respondit: «Nugarias et olivi^{ssss} et falsores, et fuit .I. nogaria dicti Bernardi sindici; quorum essent alie arbores non recordor. “Ego doleo inde vos malefacitis, sed non prosum inde aliud”, et hoc dixit dictus Bernardus, sicut audiui, ad Pranatum, et sunt .XXV. anni et plus quod fuit, de mense nec de die non recordor, sed tunc audiui dictum Bernardum dicentem venire huc quia hic unus bonus olivus, et ostendit nobis unum olivum et illum incisimus et conduximus ad pontem, et ibi erat dominus Calapinus de Arco et Ribaldus filius Ysopi et Vitalis condam Tochi et alii quamplures. Non vidi quod aliqui alii contradirent hominibus de Arco quando incidebant dictas arbores»... Interrogatus quoniam^{ttt} scit quod pons propter dictum lignamen sit liber, respondit: «Quia credo et quia visum habeo quod nichil in ipso ponte tollitur, et quod propter illam rationem non debent homines de Archo solvere, sicut dicitur, aliquid ponti de Tridento». Interrogatus quid est consuetudo, respondit: «Nescio quod sit consuetudo, nisi ratio et quod pons debeat aptari quod homines non cadant in aquam et negent se intus»... «Iohannes de Vesica incisit de dictis arboribus et ego met et multi alii de quibus non recordor»... «et arbores que hoc anno fuerunt incise fuerunt una Bernardi Palme et alia Graciadei de Witardo et tertia Omneboni de Bigolo»... «Nescio aliter nisi quia vidi percutere quendam nuncium ultramarini, qui percussit primum ictum in quadam arbore posita in Briono»...«sed propter ea quia quidam homines de Archo incidebant arbores ad utilitatem sui; et iam conduxerimus arborem incisam in Briono in medio de pratis versus Arcum, homines de Ripa venerunt cum armis contra nos... et poterant esse tunc homines de Ripa bene .C. et plus et illi de Archo poterant similiter esse bene .C. et plus, et qualibet pars erat armata bene de scutis et lanceis et capellis de ferro et de consimilibus armis; et hoc fuit apud fontanam de Passerono, et sunt forte circa .XX. annos quod hoc fuit»... Interrogatus si homines de Archo habent ius quod dicunt incidendi dictas arbores contra comunitates dictorum plebatorum vel contra certas personas, respondit: «Contra comunitates et contra omnes comunitates de Iudicaria». Interrogatus si homines de^{uuuu} Archo iverunt ad expugnandum terram de Ripa cum armis, respondit: «Sic, fuerunt, sed non pro comuni, sed quidam fuerunt ad campaneas et ad suas clusuras devastandas, sed non ad expugnandam terram, nec ego ibidem interfui»...

Salvaterra de Arco... Interrogatus quoniam hoc scit ea que dict quod homines de Archo habeant ius incidendi dictas arbores, respondit: «Quia hoc semper intellexi a meis antecessoribus et quia egomet per tres vices personaliter ivi in plebatu Ripe, scilicet in Briono et Pranono et Ceule, pro incidendis dictis arboribus, ipsas conduximus ad pontem, et non fuerunt tunc ibi aliqui de Ripa»... Et postea dixit quod quidam de Ripa

^{ssss} as cassato, i sopra il rigo.

^{ttt} Leggi q.

^{uuuu} Ripa cassato.

supervenerunt et non contradixerunt, «quod ego intelligerem, quando interfui ad incidendum dictas arbores, et aduxerunt quidam ex eis cum armis et quidam sine armis, sed quia quidam de Arco [inci]debant ligna ad utilitatem sui, ipsi de Ripa venerunt supra nos dicentes quod male faciebamus et incidebamus alia ligna; et tunc fuit ibi unum stormenum de lapidibus et fondis; et erant ipsi de Ripa et nos armatis de scutis et panceriis et de aliis armis et de lanceis, et fuit vulneratus ibi unus equus et unus homo domini Ribaldi de Ysopo, et sic divisimus^{vvvv} nos ab eis et dimisimus unam arborem de nogara quam iam incideramus; et postea sequenti die^{www} reversi fuimus illuc bene centum homines armati et accepimus arborem quam dimiseramus quasi in medio de pratis, sine aliqua contradicione, que non invenimus ibi aliquem de Ripa. Et quando fuit stormenum poterant esse homines .C.^{xxx} et plus a qualibet parte; et iam sunt .X. anni et plus quod hoc fuit, sed nescio quantum plus, quo mense vel quo die hoc esset nescio, neque scio cuius essent arbores que fuerunt incise, sed fuerunt hominum de Ripa»... Interrogatus quoniam hoc scit quod hoc anno inciderant lignamen in plebatu Ripe, respondit: «Per auditum hominum de Arco et quia misi illuc unum meum filium, et aliter nescio, et fuit de mense aprilis vel de mense marcii nuper transacto, de die mense non recordor»...

Dominicus de Clarano... «Quia semper hoc auditum habeo dici quod ita est, et quod dictus pons stetit sine aliquo toloneo solvendo et quod quilibet transit per ipsum sine muda, et quia ego bene per IIII vices personaliter ivi cum hominibus de Arco in plebatu Ripe pro incidendis de dictis arboribus ad dictum pontem». Interrogatus quo loco plebatus Ripe, respondit: «Ad Ceulem et Pranatum et ad Traligum et subtus Golam, et quandoque eramus .X. homines et quandoque .XX. et quandoque plus et .XXX. homines; quorum essent arbores quas incidebamus non recordor, et post ea dixit quod recordatur quod quedam arbores fuerunt^{yyy} Albertini de Pranano et Brentelle Buchemate de Ripa, et iam sunt .XX. anni et plus quod hoc fuit et .XL. anni de talibus fuerunt incise sine aliquo stormeno»... «Nescio quis contulerit vel dederit dictum ius hominibus de Arco, sed audivi dici quod canonici illud eis dederunt et episcopi et alii homines»...

Bertelotus de Vargnano... Interrogatus quo loco dicte arbores fuerunt incise et eas incidit, respondit: «In loco de Pranono et ad Traligum et ad Gavaçum in plebatu Ripe»... «Ego fui bene per VII vices, et fuerunt ibi bene XL homines et sine armis, nisi cum lanceis et securibus, homines quorum erant arbores non erant ibi»...

Pellegrinus de Vargnano... «et quia semel fuit ad Traligum et fuit ibi incisa una arbor de nogaria et conducta ad dictum pontem, sed cuius esset arbor illa nescio, neque scio si ille cuius erat arbor esset presens, sed bene vidi de hominibus de Ripa qui transiebant prope per viam, sed nichil nobis dicebant, nisi quia quidam dixit: “Quare inciditis arborem istam?”; et nos dicebamus: “Quia eam volumus”. Et iam sunt .X. anni et plus quod hoc fuit»... «et bene portavimus ibidem spatias, lanceas et secures et bene poteramus esse XXX homines»... «et bene est una pars de Ripa extra burgum Ripe propter werram et stet[it] et ad huc stat apud Arcum»...

Omnebonus de Vargnano... Interrogatus quoniam hoc scit, respondit: «Quia plures interfui cum hominibus plebatus Arci in plebatu Ripe ad incidendum de dictis arboribus, videlicet ad Traligum et in Gola et ad Pranatum et sine armis»... «et fuerunt olivi et nogarie»... «bene sunt VI anni que dicte arbores fuerunt incise»...

Pecetetus de Cavedeno... «sed vidi quod in^{zzz} plebatu Marucii et Cavedeni dicti homines de Arco inciderunt nogarias plures vices, et arbores trahentes ipsos ad opus dicti pontis; et auditum habeo dici quod pons ille propter hoc debet esse liber, et quod homines de Arco propter hoc non debent solvere pontaticum ponti de Tridento, sicut publice dicitur»... «sed hoc anno nuper transacto inciderunt mihi arborem unam et domino Gotfredo qui in ipsa habebat partem, et ecclesie de Cavedeno unam, et vidi quod inciderunt unam in loco et plebatu Cavedeni apud Stravinum, que erat Buxamede et suorum participum, et fuit ibi Çavarisius de Arco et alii de quibus non recordor». Interrogatus si homines quorum erant nogarie contradicebant et dolebant inde, respondit: «Ipsi bene erant inde tristes, sed non poterant inde aliud»... «Ego veni per Uguçonum ad Tridentum pro hoc testimonio dicendo, et post ea precepit mihi pro apaticia quod facerem testimonium. Item dico ex auditu quod non debent incidere alias arbores, nisi ad utilitatem pontis, et si inciderent quod potestas debet eos punire, sicut dicitur».

Albertinus de Cavedano ... «bene scio quod dicti homines de Archo inciderunt de dictis plantis ad opus dicti pontis in plebatu de Cavedano pluries, et hoc anno presenti nuper transacto ibi inciderunt unam nogariam que fuit domini Gotfredi et suorum participum, et unam nogariam vel duas inciderunt ecclesie de Cavedano»...

Martinus ferrarius... «Iam sunt XXV anni vel circa illud quod homines de Arco iverunt ad Brionum et inciderunt arbores ad opus dicti pontis, ut audivi dici, et quod ipsi ducebant arborem unam quam

^{vvvv} et sic divisimus *ripetuto*.

^{www} veneris *cassato*.

^{xxx} a parte *cassato*.

^{yyy} fuerunt *sopra il rigo*.

^{zzz} in *sopra il rigo*.

inciderant; et sic homines de Ripa armata manu exiverunt foras et inciderunt stropas unde arbor erat ligata et incalciaverunt homines qui ipsam ducebant; et sic sonavit rumor apud Arcum et campane ceperunt sonare, sicut vidi et audivi, ad stormenum; et sic homines de Arco fuerunt ad arma et fuerunt contra ipsos^{aaaaa} ibi in pratis, cum confanonis, et fecerunt inter se stormenum de spatibus et lanceis et pilotis; et ego illuc cucurri cum armis, et vidi bene sicut inter se stormenabant^{bbbbb}, et vidi unum domini Ribaldi de Ysopo velneratum in collo in ipso stormeno; et credo quod ille equus propter hoc mortuus fuit; et sic homines de Ripa recesserunt quando ego vincxi cum mea societate, et sic homines de Arco reddiderunt; et postea die sequenti homines de Arco, comuniter cum hominibus de Cavedano et de Turbule et de Naco et aliis suis amicis, cum armis et confanonis levatis, sicut vidi, iverunt et acceperunt dictam arborem»...

Stevanus de Cavedano... «Nescio si homines de Arco nec comune illius habeant ius aliquod nec aliquam rationem de incidendis arboribus seu travibus ad opus pontis Arci sua auctoritate vel alio modo, in plebatu Ripe nec Tenni nec Arci, neque quod sint in aliqua possessione incidendi ibidem aliquas arbores»... «citra pluries visum habeo dictos homines de Arco venire ad Cavedanum et ibidem incidere de arboribus nogarie, scilicet trabes ad faciendas planas dicti pontis; tantam et aliam arborem nullo modo intromittere debent, nisi ad opus dicti pontis»... «et auditum habeo dici quod similiter facere debent in plebatu Calavini»... «et dicitur bene quod propter dictum lignamen quod ita tollunt non debent tollere aliquam mudam apud dictum pontem illis qui sunt de illis plebatibus in quibus incidunt et tollunt dictas arbores»...

Curta de Cavedano, iuratus dicit: «Nescio si homines de Arco nec comune illius habeant ius aliquod»... «Scio quod visum habeo homines de Arco et eius plebatus venire ap[ud] Cavedanum pluries et incidere de arboribus de nogariis pro dicto ponte faciendo, et presente Pannauso et aliis hominibus quorum erant arbores, et dicentes homines quorum erant arbores hominibus de Arco quod malefaciebant et quod non habebant ius hoc faciendi. Item vidi quod inciderunt unam aliam arborem filiis Cune de Brusino, et hoc anno inciderunt unam arborem, sicut dicitur, Peceleto et unam presbitero de Cavedano»... «bene vidi quod trahebant unam arborem de plebatu Marucii^{cccc} ad dictum pontem costruendum»... «Nescio si gastaldio domini episcopi ratione episcopatus debeat designare hominibus de Arco arbores et percutere primum ictum, sed bene auditum habeo dici quod decani quos habent et ponunt illi de Arco primam debent intromittere arborem et alii post ea debent incidere»... «nec sum de sindicatu Uguçonis...»...

Magister Petrus de Muxono... «inciderant, ut dicebant, de plebatu Tenni et de Cavedano et de Calavino»... «Iam possunt esse .XX. anni et plus, quia eram apud Arcum et homines de Arco iverant in contrata de Briono in plebatu Ripe et inciderant unam arborem ad opus dicti pontis et ipsam trahebant, et tunc homines de Ripa armata manu et in maxima quantitate venerunt ad ipsos qui conducebant trabem et inciderunt stropas unde erat ligata et incalciaverunt homines de Archo»...

Rodulfus filius Nusii de Dro, iuratus dicit: «Scio ex somunomento mei patris condam quod homines et comune de Arco habent ius accipiendi et incidendi trabes et arbores cuiuscumque sint ad opus pontis Arci, a ponte marmoreo...»...

Bonevicinus hosterius... «ipsi homines de Archo in tali tenuta et possessione steterunt, iam sunt XXX anni... «quia ego fui semel cum hominibus de Arco in Briono et vidi quod ipsi inciderunt arborem unam et ipsam duxerunt ad dictum pontem costruendum, sicut vidi, et fuit una arbor nogarie». Interrogatus quis concessit eis illud ius, respondit: «Nescio, sed credo quod plebatici predicti illud eis concesserunt, ut habeo auditum dici». Interrogatus quantum tempus est quod hoc fuit, respondit: «Bene possunt esse XXX anni, et eram tunc puer .XV. an[nis]; non interfui nisi tunc quod homines de Archo inciderent aliquam arborem in plebatu Ripe, sed bene vidi post ea homines de Arco pluries trahentes arbores de versus plebatu Ripe»... «sed fuit in estate... sed dicebatur quod erat occasione quia trahebant ramos illarum arborum quas incidebant»... Interrogatus quid est consuetudo, respondit: «Illud quod homines faciunt per aliquod tempus et cum ratione et per aliquod ordinamentum»...

Blancus de Dro... «Bene vidi quod homines et comune de Archo cum lanceis et aliis armis de quibus non recordor, trahebant unam arborem de plebatu Ripe ad opus dicti pontis, et erat una arbor nogarie». Interrogatus quoniam scit, respondit: «Quia ego veniebam de Ripa et adiunxi eos in pratis in contrata de Sancto Tomasio; et illi homines de Arco qui trahebant et ducebant ipsam arborem dixerant quod illam inciderant in contrata de Briono, et quod illam ducebant ad opus pontis de Arco»... Interrogatus quantum tempus est quod vidit homines de Arco trahere dictam arborem de plebatu Ripe, respondit: «Iam sunt VI anni et plus»... Interrogatus quot poterant esse homines qui faciebant trahere dictam arborem de plebatu Ripe, respondit: «Bene erant .C. vel circa illud»...

^{aaaaa} Una parola cassata.

^{bbbbb} La sillaba na è aggiunta sopra il rigo.

^{cccc} Marucii sopra il rigo.

Peius viator... «per unam vicem vidi dictos homines de Archo qui trahebant arborem unam de versus castrum de Ceulis ad opus dicti pontis, sed nescio si eam incidissent in plebatu Ripe seu Tenni vel Arci; nescio quia obviatus fui eis intus campagnam de Arco, quando ipsam ducebant; et iam sunt XVI anni et plus quod hoc fuit»... «Nescio si homines de Archo hoc anno inciderunt arbores in plebatu Ripe, sed credo quod sic fecerunt, quia pons est novus et de novo factus»... «venerunt apud Cavedanum et inciderunt arborem unam nogarie»... «et fuit Nicolaus condam de Caneva cum sociis suis de Arco qui illam incisit ; et iam sunt XV anni et plus»...

Cadelbertus de Arco, iuratus dicit: «Ego credo quod homines et comune de Arco habent ius incidendi et tollendi trabes» ... «Credo quod illud faciant ex conventionem quam antecessores ipsorum inter se fecerunt, et propter quod pons ille semper debet esse liber et absolutus, ut dicitur; et bene auditum habeo dici quod de ipsa conventionem sunt carte inter eos homines de Archo et episcopatum»...«Iam sunt L anni, sicut semper audiui et intellexi a meo patre condam»... Interrogatus quoniam hoc scit, respondit: «Quia semper illud auditum habeo dici et quia egomet cum hominibus de Arco per VI vices ivi in plebatu Ripe ad incidendum de dictis arboribus, et vidi quod ipsi de ipsis arboribus ita inciderunt et traxerunt ad dictum pontem». Interrogatus in^{dddd} quibus locis, respondit: «Non recordor de locis omnibus, sed fui in contrata de Briono per unam vicem tantum, et per duas vices in contrata Sancte Marie de Pranono in dicto plebatu Ripe; de aliis locis non recordor, et iam sunt XX anni vel circa»... «homines de Ripa ibi venerunt, sed nescio qui essent et dicebant quod malefaceramus et inde fuerunt tristes, dicentes quod illud eis prohibere non poterant; et erant homines de Archo bene .C. et cum lanceis et securibus; si haberent alia arma non recordor». Interrogatus cuiusmodi arbores erant, respondit: «Olivi et nogarie»... «et inciderunt stropas unde arbor erat ligata, et in Briono fecerunt maximum dedecus illis qui ducebant trabem, incidentes stangas unde ducebant trabem, et vulneraverunt quendam Montenarium de Iohannebono, sicut audiui dici; et rumor sonavit apud Arcum et campane ceperunt sonare, et sic homines de Archo et ego cum eis cum confanono de Arco et cum armis ivimus illuc contra illos de Ripa, et illi de Ripa traxerunt se apud fontanam de Pascerono et fuit ibi maximum stormenum de lanceis et de spatibus et pillotis et fuit vulneratus unus equus quem equitabat dominus Ribaldus de Ysopo; et sic redivimus retro apud Arcum et illi de Ripa redierunt retro similiter; ... die sequenti... et fuerunt nobiscum tunc de hominibus de Nacu et de Turbule et aliunde»... «sed bene credo quod hoc faciant contra voluntatem illorum de Ripa. Item scio, sicut audiui dici quibusdam hominibus de Arco tunc, quod homines de Ripa venerunt foras contra illos qui ducebant trabem ideo quia homo de Arco inciderat alias arbores ad utilitatem sui et non ad opus pontis»...

Lanfranchinus tabernarius... «Bene vidi homines de Archo incidentes nogarias duas in plebatu de Cavedano... iam sunt circa XXX anni et plus sicut credo»...

^{dddd} Due lettere cassate, in sopra il rigo.

1240 luglio, [Trento, nel palazzo vescovile].

Deposizioni di 39 testimoni prodotti da Bernardo di Palma, sindaco degli uomini e della comunità di Riva, nella causa vertente con la comunità di Arco riguardo al diritto degli Archesi di tagliare e prendere gli alberi posti nel territorio di Riva per ricostruire il ponte di Arco.

Originale, ACR capsula 2 n. 18-a.

Regesto: Tovazzi, *Inventarium*, p. 9

Il documento è costituito da un rotolo di più pergamene legate tra loro con dei legacci di pelle e recanti all'inizio la frase: *Item testes illorum de Ripa*. L'ultima riporta la sentenza. Le pergamene, in particolar modo le prime, quelle che occupano la parte più esterna del rotolo, sono in pessimo stato di conservazione. Le rasature, le macchie di umidità, le lacerazioni e i fori impediscono spesso una lettura integrale delle deposizioni.

Trascrizione per estratti: sono state trascritte integralmente le deposizioni dei primi 13 testimoni; di quelle successive, in generale assai più brevi e meno ricche di testimonianze dirette, sono state omesse le parti che includevano notizie di avvenimenti e opinioni già riportate in quelle precedenti (la trascrizione include il nome del testimone, le informazioni che lo riguardano e le sezioni in cui compaiono annotazioni e particolari inediti).

Testes Bernardi Palme, syndici hominum et comunitatis Ripe et ipsius comunitatis, contra Ugucionum, sindicum hominum et comunitatis de Archo, et contra ipsam comunitatem, producti in anno Domini millesimo ducentesimo quadagesimo, indictione XIII, de mense iulio.

Dominus Rivanus de Ripa, iuratus dicit: «Scio quod homines de Ripa continue repulerunt homines de Archo incontinenti quotienscumque voluerunt incidere arbores hominum Ripe occasione faciendi pontem de Archo, et quod in illa possessione quam homines de Archo se habere dicunt contra illos de Ripa de arboribus predictis incidendis, homines de Ripa continue et semper contradixerunt illis de Archo dicentes^{eeee}: «Hoc non est verum ius et nolumus hoc pati». [Item] scio quod una vice ... anni^{ffff} illi de Archo venerunt in plebatu Ripe apud fontanam de Pascerono pro incidendis arboribus occasione faciendi dictum pontem, ...s^{gggg} [bene] circa ducentas personas; et illi de Ripa tunc illud sc[iver]unt et exiverunt foras cum armis^{hhhh} et expulerunt ipsos; et fuit ibi maximum stormenum de lanciis et pilotis [et] lapidibus, et [expul]erunt ita quod non inciderunt aliquam arborem. Item scio quod comune de Ripa lib[eru]m est et in possessione libertatis stetit cum omnibus suis rebus ac possessionibusⁱⁱⁱⁱ et arboribus absque ulla turpe conditione facienda vel prestanda illis de Archo [per tantum] tempus quod non recordor et per tantum tempus quod nemo potest recordare; et de omnibus predictis est sonus et fama». Interrogatus quoniam scit ea que dixit, respondit: «Quia ibidem interfui dicto sturmeno apud dictam fontanam; et etiam postea plures cucurri quando sonabat quod illi de Archo veniebant ad incidendos arbores apud Brionum et in aliis locis; et quando tunc eramus et ipsi recesserant fugiendo sic homines qui furtive vadunt». Interrogatus si illi de Archo soliti sunt accipere et habere ius accipiendi arbores et legnaminem in plebatu de Ripa et alibi ad opus pontis construendum de Archo, respondit: «Non, quod sciam, quia semper homines de Ripa ipsos repulerunt et contradixerunt, excepto a tempore werre citra que est incepta a quinque annis citra, quia homines de Archo venerunt illuc absconse et inciderunt arbores et vineas, [vulnera]bant et interficiebant homines et incarcerabant homines de Ripa, quandoque pro ti[mo]re non exiebant contra eos». Interrogatus si homines de Archo hoc anno semel etiam bis quiete et scientibus hominibus de Ripa arbores hominum [de Ripa] ad opus [pontis] acceperunt, respondit: «Nescio nec vidi, sed bene venerunt apud Ceulim ...^{jjjj}, et cum h[omines] de Ripa illud sciverunt cucurrerunt illuc et illos ...erunt^{kkkk}, quia r[umor so]navit, et sicut mulieres dixerunt tunc, i[v]erunt et deportaverunt ...^{llll} de arboribus cum ramis et fruschis». Interrogatus si homines de Archo sunt in tenutam et possessionem incidendi dictos arbores, et si hoc fecerunt per X et XX et XXX et XL et L annos et

^{eeee} dicentes *ripetuto*.

^{ffff} lacuna di due parole di difficile lettura e anni sopra il rigo.

^{gggg} lacuna di una parola

^{hhhh} cum armis sopra il rigo.

ⁱⁱⁱⁱ abs cassato.

^{jjjj} lacuna di tre parole

^{kkkk} lacuna di un'intera parola e di parte del verbo

^{llll} lacuna di una parola

per tantum tempus cuius non extat memoria, respondit: «Non». Interrogatus si illi de Archo habent ius seu solliti sunt incidere dictos arbores, silicet nogarias et alias arbores ad opus pontis Arci faciendum in plebatibus Ripe et Teni [et] Arci atque Cavedani a memoria hominum citra quiete et si ab aliquibus impediabantur, respondit: «Non, quia semper quando illud sciverunt homines de Ripa expulerunt eos et eis contraxerunt». Interrogatus si est publica fama quod homines de Archo debent tollere et incidere dictas arbores ad opus dicti pontis in dictis locis et plebatu Ripe, respondit: «Non. Ego habeo quinquaginta annos et plus et sum de comunitate Ripe». Interrogatus si debet solvere suam partem expensarum istius cause, respondit: «Necdum solvi aliquid nec scio si debeo solvere; et bene sum de illis qui fecit dictum Bernardum syndicum cum aliis hominibus de Ripa; non credo haberem dampnum [si] illi de Archo vincerent causam; illi de Archo numquam ...^{mmmmmm} nec aliquam arborem. Hoc non dico odio, [pre]cio, odioⁿⁿⁿⁿⁿ, [more] nec amicitia; non diligo plus unam partem quam [alteram] in hac [causa; ego] vellem vincere causam que habet rationem». Interrogatus si ipse testis fuit ad expugnandum terram Arci et ad incidendum suas blavas, respondit: «Non, nec sum inimicus illorum de Arcu; liber homo sum; non sum doct[us] nec rogatus hoc dicere, et precepto potestatis Ripe veni ad perhibendum testi[monium].

Omnebonus de Bertoldo, iuratus dicit: «Scio quod homines et comunitas de Ripa continue repulerunt homines de Archo incontinenti quotienscumque volu[erunt] incidere arbores hominum Ripe occasione faciendi pontem de Archo, et quod in illa possessione vel quasi quam homines de Archo dicunt se habere [contra ill]os de Ripa et in plebatu Ripe de incidendis arboribus predictis, homines de Ripa continue et semper contraxerunt illis de Archo, dicentes eis: “Hoc non est verum ius nec veram rationem et nolumus hoc pa[ti]”. Item scio quod homines de Ripa propter hoc quod illi de Archo aliquando volebant incidere arbores illorum de Ripa occasione dicti pontis, fecerunt cum eis maximum stormenum, et illi de Archo veniebant arm[at]i contra illos de Ripa et cum warnimento volebant incidere arbores eorum, et illi de Ripa semper se defendentes vulnerando aliquando homines et aliquando equos, et recedere fecerunt illos de Archo absque aliquo dampno dato illis de Ripa. Item scio quod comune Ripe liberum est et suas arbores et suas possessiones tenuerunt libere ac possederunt sine a[liqua] turpi conditione facienda nec prestanda hominibus de Arco^{ooooo} per XXX [et XL] annos et per tantum tempus quod nemo se potest recordare; et de omnibus istis est publica fama». Interrogatus quoniam hoc scit, respondit: «Quia ego[met fui] in Briono et apud fontanam Pasceroni interfui et vidi quod maximum fuit ibi sturmenum, et fuit vulneratus equus Ribaldi de Ysopo; et ipsi ...^{ppppp} recesserunt, et abstulimus eis unam arborem [quem] iam inciderant; et sunt iam bene circa decem anni quod hoc fuit. Et ibi ...erunt^{qqqqq} homines de Ripa ...^{rrrrr}, et bene per tres vices et plus ...^{sssss} sturmenum quando homines de Ripa intellegebant quod veniebant ad incidendum. [Et] interfui quando homines de Ripa ad ipsos reppellendos si essent inventi, sed quando illuc eramus et ipsi recesserant. Sed a tempore werre [hominum] de Ripa, que est a quinque vel sex annis citra forte, venerunt homines de Archo furtive cum armis et inciderunt vineas et arbores hominum de Ripa et ceperunt illas, et incarceraverunt ...^{ttttt}; et quadam vice, sicut dicitur, scilicet a tempore werre citra venerunt illuc et inciderunt ... fugaverunt, sed homines de Ripa nichil inde sciverunt, nisi quando iam recesserant. Interrogatus si illi de Archu soliti sunt accipere et habent ius et rationem accipiendi de arboribus hominum Ripe ad [con]struendum dictum pontem, et si aliqua vice homines Arci acceperunt de arboribus hominum Ripe quiete sine con[traditione ali]qua, respondit: «Non». Interrogatus si homines de Archu sunt in tenuta et possessione incidendi de certis arboribus ad opus pontis et si hoc fecerunt per X et XX et XXX et LX et per L annos et per tantum tempus cuius non extat memoria, respondit: «Non, ... continue repulsi qundo illuc venerunt si homines de Ripa illud intellexerunt». Interrogatus [si homines de Arc]hu habent ius et soliti sunt incidere [de arboribus] scilicet nogarias et alias arbores ad opus pontis Arci in plebatibus Ripe [et Tenni et Archi] atque Cavedani a memoria hominum citra^{uuuuu} quiete et si ab aliquibus impediabantur, respondit: «Non habent nec facere debent, et semper sunt impediti ab illis de Ripa quando illud sciverunt et in[telle]xerunt, sicut inde». Interrogatus si illi de Archo sua auctoritate accipiunt vel soliti sunt accipere de possessionibus Ripe et de

^{mmmmmm} lacuna di tre o quattro parole

ⁿⁿⁿⁿⁿ odio ripetuto

^{ooooo} Ripa cassato e Arco sopra il rigo.

^{ppppp} lacuna di una parola

^{qqqqq} lacuna della prima parte del verbo

^{rrrrr} lacuna di una parola

^{sssss} lacuna di una o due parole

^{ttttt} lacuna di una parola

^{uuuuu} si cassato

fructibus ipsorum, respondit «Non, nisi furtive [illu facia]nt». Ego bene habeo .L. annos et plus, et sum de [Ri]pa, et nescio si debeo aliquid solvere de [expensis] istius cause, sed credo quod sic si quod comuni fient, bene sum in syndicato Bernardi bene credo quod ... michi esset dampnum quam proficium si illi de Arch[u] vincerent] causam». Interrogatus si interfuit ad ex[pugnandum] terram Arci et ad incidendum eorum arbores, respondit: «Non, nec sum inimicus illorum de Arco. Ego sum liber homo et veni precepto potestatis Ripe ...^{vvvv} quod preceptum erat quod deberem venire ad faciendum testimoniaticum hominum de Ripa».

Martinus filius quondam Rivani de Castellano, iuratus dicit: «Scio quod homines de Ripa repulerunt homines de Archo quocienscumque voluerunt incidere arbores et incontinenti occasione pontis de Archo, et quod in illa possessione vel quasi, quam dicunt dicti homines de Archo se habere [contra] illos de Ripa de arboribus incidendis, semper et continue homines de Ripa contradixerunt illis hominibus de Archo dicentes eis: “Hoc non est verum ius nec volumus hoc sustinere”. Item scio quod homines de Ripa [propter hoc] quod illi de Archo aliquando volebant incidere arbores illorum de Ripa, fecerunt cum eis maximum stormenum, et quod illi de Archo veniebant armati contra illos de Ripa bene ducentos homines et plus, et [cum war]nimento volebant incidere eorum arbores, et illi de Ripa semper se defendentes et vulnerando aliq[ue] de hominibus de Archo et equos **fa[ciendo eos]** recedere absque aliquo dampno dato illis de Ripa. Item scio quod comune Ripe liberum est et suas res et arbores et possessiones tenuit libere absque ulla turpe conditione facienda vel prestanda illis de Archo, et per tantum tempus quod nemo se recordare potest; et de omnibus ipsis est publica fama». Interrogatus quoniam hoc scit, respondit: «Quia ego vidi dictos homines de Ripa contra ipsos ita ire et facere, et egomet pluries cum eis fui. Non recordor de nominibus illorum qui fuerunt vulnerati neque cuius essent equi et fuit unum maximum stormenum apud fontanam de Pascerono». Interrogatus quanti anni sunt quod hoc fuit, respondit: «Circa X anni sunt; de die nec de mense non recordor». Interrogatus si homines de Archo soliti sunt accipere et habere ius accipiendi de arboribus et legnamine hominum Ripe ad construendum dictum pontem de Archo, et si aliqua vice homines Arci acceperunt de arboribus quiete sine violencia, respondit: «Non». Interrogatus si ab uno anno citra homines de Archo semel et bis et quiete et scientibus hominibus Ripe acceperunt arbores hominum Ripe ad dictum pontem, respondit: «Non, sed bene a tempore werre citra que est, iam sunt tres anni et plus, homines de Archo^{wwwww}, sicut dicitur, absconse venerunt et acceperunt de lignamine, sed ibi non interfui, et homines de Ripa nichil inde sciverunt». Interrogatus si homines de Archo steterunt in tenutam et possessionem incidendi arbores in plebatu Ripe ad dictum pontem per X et XX et XXX et XL et L annos et per tantum tempus cuius non extat memoria, respondit: «Non». Interrogatus si homines de Archo habent ius et consueti sunt incidere arbores, scilicet nogarias et alias arbores ad opus pontis predicti in plebatibus Ripe et Tenni, Arci atque Cavedani a memoria hominum citra quiete, respondit: «Non, et semper quando ibi venerunt eis est contradictum». Interrogatus si propter quod dicitur quod debent incidere arbores in dictis plebatibus et tollere, non debent illi de Arco tollere mudam ad ipsum pontem, respondit: «Nescio quia nescio quod habebant ius illud». Interrogatus si homines de Archo sunt sua auctoritate soliti tollere de fructibus possessionum hominum de Ripa, respondit: «Non, nisi forte furtive illud accipiant, neque scio si^{xxxxx} sit sonus vel fama quod debeant incidere dictas arbores. Ego habeo bene L annos et plus et sum de comunitate Ripe et de syndicato ipsius; et bene credo quod solvam partem meam de expensis cause si fuerint imposite. Ego haberem dampnum si illi de Ripa perderent causam sic unum ex meis vicinis. Hoc non dico precio, amore vel timore; et vellem quod pars illa que habet rationem vinceret causam. Non fui ad expugnandum terram de Archo nec sum inimicus illorum de Archo nisi banni eorum. Et veni precepto vicarii potestatis Ripe ad faciendum hoc testimonium».

Item testes Bernardi Palme syndici hominum et comunitatis de Ripa contra Uguçonum syndicum hominum et comunitatis de Archo.

Delaydus de Ripa, iuratus dicit: «Scio quod homines et communitas Ripe continue et semper reppulerunt homines de Archo quotienscumque venerunt et voluerunt incidere^{yyyy} arbores hominum Ripe et quod^{zzzz} in illa possessione vel quasi quam dicunt homines de Archo se habere contra illos de Ripa de incidendis arboribus in dicto opere pontis de Archo, semper homines de Ripa contradixerunt illis de Archu dicentes eis: “Hoc non est verum ius nec illud sustinebimus nec volumus sustinere”. Item scio quod homines de Ripa propter hoc quod illi de Archo veniebant et volebant incidere arbores illorum de Ripa fecerunt cum

^{vvvv} lacuna di una parola

^{wwwww} de Ripa nel ms.

^{xxxxx} scit cassato.

^{yyyy} ho cassato.

^{zzzz} in illa cassato.

eis maximum stormenum, et illi de Archo bene venerunt armati contra eos, bene cum ducentis hominibus et plus ipsorum et cum maximo warnimento volentes incidere arbores ipsorum, semper se defendebant vulnerando aliquando homines de Archo et equos ipsorum et recedere fecerunt illos de Archo, absque eo quod darent aliquod dampnum illis de Ripa. Item scio quod comune Ripe liberum est et in possessione libertatis stetit cum omnibus suis bonis, possessionibus et arboribus, absque aliqua turpi conditione facienda seu prestanda illis de Archo et per tantum tempus quod nemo se recordare potest. Item scio quod de omnibus predictis est publica fama. Item scio, ex auditu et per credenciam, quod dominus Gerardus quondam episcopus Tridentinus precepit domino Omnebono de Ruffacalço, qui erat pro illis de Archo, sub pena centum marcarum argenti ne inciderent seu incidere facerent aliquas arbores hominibus Ripe occasione pontis Archi et quod commisit Ortiliebo viatori presenti quod faceret ei illud preceptum». Interrogatus quoniam scit ea que dixit quod eos semper reppulerunt et quod fuit sturmenum inter eos propter hoc, respondit: «Quia ibibem interfui et egomet fui percussus cum uno lapide». Interrogatus qui fuerunt illi de Archo qui ibidem fuerunt vulnerati, respondit: «Non recordor, sed unus equus domini Ribaldi de Ysopo tunc fuit ibi mortuus». Interrogatus si semper fuit illuc ad ipsos reppullendos, respondit: «Sic, fuit quando rumor sonabat quod veniebant et per plures vices illuc interfui. Item scio quod tunc incisimus unum arborem nogarie, quem ipsi iam inciderant». Interrogatus quo loco hoc fuit, respondit: «Apud fontanam de Pasceroni fuit stormenum, sed ipsi inciderant dictum arborem in Briono». Interrogatus per quot vices illuc venerunt pro incidendis arboribus, respondit: «Nescio, sed semper inde sunt repulsi, excepto ab uno anno citra quod ipsi furtive venerunt in Briono et inciderunt duos arbores, sicut dicitur, sed homines de Ripa tunc iverant cum gaçerra intus lacum, et erat werra inter nos et partem de foris de Ripa que stabat apud Archum, et illi qui remanserant in burgo Ripe timuerunt illuc ire propter werram». Interrogatus si illi de Ripa repullebant ipsos ideo quia quidam homines ad suam utilitatem et non ad utilitatem pontis incidebant arbores illorum de Ripa, respondit: «Non repellebant ipsos, nisi quia incidebant lignam et trabes et arbores ad opus pontis». Interrogatus si illi de Archo sunt soliti accipere et habent ius accipiendi ad opus pontis Archi de arboribus hominum Ripe ad constructionem dicti pontis, respondit: «Non, quia semper quando venerunt inde sunt expulsi, excepto semel ab uno anno citra, ut superius dixi». Interrogatus si homines Arci aliqua vice acceperunt de arboribus hominum Ripe semel, bis quiete et scientibus hominibus Ripe ad opus pontis Archi, respondit: «Non». Interrogatus si homines de Archo sunt in tenutam et possessionem incidendi dictas arbores ad opus pontis Arci iam sunt XXX et XL et plus, et si hoc fecerunt per tantum tempus cuius non extat memoria, respondit: «Non»^{aaaaa}. Interrogatus si illi de Archu soliti sunt incidere et habent ius incidendi arbores ad opus pontis in plebatu Ripe, Tenni et Cavedani et Archi a memoria hominum citra^{bbbbb} quiete, et si propter hoc illi de Archo non debent accipere mutam, respondit: «Non habent nec illud fecerunt in plebatu Ripe, sed nescio si hoc habeant et fecerunt in aliis plebatibus^{ccccc}, sed non credo eciam quod ius illud nec quod illud fecerint in aliis plebatibus». Interrogatus si illi de^{ddddd} Archo soliti sunt accipere sua auctoritate super possessionibus illorum de Ripa fructus et erbam et lignam, respondit: «Non, nisi illud faciant furtive et absconse». Interrogatus si est publica fama quod homines de Archo habent ius et soliti sunt tollere et incidere dictos arbores hominum de Ripa et de aliis plebatibus predictis, respondit: «Non». Interrogatus si ipse testis solvit suam partem expensarum cause, respondit: «Nondum inde aliquid solvi et bene posset esse quod solverem. Bene credo quod interfui cum aliis meis vicinis ad constituendum Bernardum Palme syndicum». Interrogatus si ipse testi haberet dampnum in hanc si illi de Archo vincerent causam, respondit: «Nescio, quia nescio indovinare si inciderent aliquando arbores. Hoc non dico precio, amore vel timore, et non sum doctus hoc dicere. Vellem quod pars illa que habet racionem vinceret causam. Non interfui ad incidendum blavas illorum de Archo nec ad expugnandam terram ipsorum, et non sum eorum inimicus».

Ottolinus de Ripa, iuratus dicit: «Scio quod homines de Ripa semper reppullerunt homines de Archu quocienscumque venerunt et voluerunt incidere arbores hominum de Ripa. Item scio quod in illa possessione vel quasi quam dicunt se habere homines de Archo contra illos de Ripa de arboribus incidendis semper et continue homines de Ripa contradixerunt eis dicentes: “Hoc non est verum ius nec sustinebimus nec sustinere volumus”. Item scio quod homines de Ripa propterea quia illi de Archo venerant et inciderant de arboribus ipsorum fecerunt cum eis maximum sturmenum, et quod illi de Archo venerunt illuc cum armis et cum maximo warnimento bene cum centum hominibus et plus satis volentes incidere arbores illorum de Ripa pro facto pontis, et homines de Ripa se defendebant et ipsos repellebant vulnerando ipsos et equos ipsorum et recedere fecerunt illos de Archo, absque aliquo dampno dato illis de Ripa. Item scio quod comune

^{aaaaa} respondit: «Non» *sopra il rigo.*

^{bbbbb} et si propter hoc *cassato.*

^{ccccc} Ripe *cassato.*

^{ddddd} Ripa *cassato.*

Ripe est liberum et in possessione libertatis stetit^{eeeeee} cum omnibus suis possessionibus, bonis et arboribus suis per tantum tempus cuius non extat memoria absque aliqua turpi conditione prestanda seu facienda illis de Archo, et quod de predictis omnibus est publica fama». Interrogatus quoniam scit quod homines de Ripa ita reppellerent ipsos de Archo semper, respondit: «Quia ibidem interfui et vidi et quia audivi et vidi quod semper eis contradixerunt dicendo eis: “Non habetis nec habere debetis in hoc ius nec hoc sustinebimus”». Interrogatus quoniam scit quod facerent^{fffff} cum eis sturmenum, respondit: «Quia vidi quod inter se sturmenabant et vidi spatas extractas, quia eram in una mea vinea ibidem prope; qui essent ibi vulnerati ex parte illorum de Archo non recorder de nominibus, sed unus equus domini Ribaldi de Ysopo ibi fuit interfectus et quidam Delay^{eggeee} de Ripa ibi percussus fuit cum uno lapide^{hhhhhh}; et hoc fuit apud fontanam de Pascerono; de tempore non recorder, sed credo quod sunt circa sedecim annos». Interrogatus per quot vices hoc vidit, respondit: «Semel vidit sturmenum propter hoc». Interrogatus quoniam scit quod comune Ripe ita stetit liberum ut dixit, respondit: «Quia hoc visum habeo». Interrogatus si semper reppulerunt ipsos quando illuc venerunt, respondit: «Sic fecerunt quando illud sciverunt, sed a medio anno citra per unam vicem, de mense madii nuper transacto, quando potestas Ripe erat Tridenti, et homines de Ripa iverant cum gaçerra et non erant in terra, homines de Archo armata manu et cofanono levato venerunt apud Ceulim et inciderunt de arboribus, sicut dicitur, ita quod tunc non fuerunt repulsi ideo quia homines de Ripa non erant in burgo Ripe». Interrogatus si homines de Archo habent ius et soliti sunt accipere de arboribus hominum Ripe ad construendum opus pomtis Arciⁱⁱⁱⁱⁱⁱ quiete, respondit: «Non, nec alio modo nisi illud faciant violenter et absconse». Interrogatus si homines de Archo sunt in tenutam et possessionem incidendi dictos arbores ad opus pomtis [Arci], respondit: «Nonⁱⁱⁱⁱⁱⁱ, nec hoc fecerunt per aliquod tempus^{kkkkkk} quiete, sed si illuc venerunt semper fuerunt repulsi si homines de Ripa illud sciverunt et fuerunt in terra Ripe». Interrogatus si homines de Archo in pace et quieto consueti sunt incidere arbores in plebatu Ripe, Arci, Tenni et Cavedani a memoria hominum citra ad opus dicti pomtis, respondit: «Non». Interrogatus si propter ius quod dicunt habere illi de Archo de incidendis dictis arboribus, homines de Archo non debunt accipere mudam, respondit: «Nichil inde scio». Interrogatus si homines de Archu sua auctoritate soliti sunt accipere super possessionibus hominum et comunitatis Ripe^{llllll} fructus et herbam et ligna ipsorum de Ripa, respondit: «Non habent nec hoc faciunt nec facere debunt, nisi veniant furtive et absconse ad illud faciendum, sicut veniunt quandoque ad furandum super stacionibus illorum de Ripa. Ego bene habeo bene .XL. annos et plus et bene .L. et recorder bene XXXV annos et plus». Interrogatus si homines de Ripa reppellebant homines de Archo et faciebant rixam cum eis ideo quia quidam homines incidebant arbores ad utilitatem sui et non ad opus pontis, respondit: «Non, immo nominatim quia incidebant arbores et trabes occasione dicti pontis hominum de Ripa». Interrogatus si ipse testis haberet dampnum si homines de Archo vincerent causam, respondit: «Nescio, nescio si interesset quando Bernardus factus fuit syndicus. Hoc non dico precio, amore vel timore et non sum doctus hoc dicere». Interrogatus quam partem vellet^{mmmmmm} vincere causam, respondit: «Illa pars illa que habet rationem, sed vellem quod illi de Ripa ante vincerent ideo quia credo quod habent rationem». Interrogatus si ipse interfuit ad expugnandam terram de Archo et ad incidendas blavas ipsorum, respondit: «Non». Interrogatus si est inimicus illorum de Archu, respondit: «Non, neque sum doctus hoc dicere. Ego veni ad dicendum hoc testimonium precepto nuncii potestatis, scilicet Marianniⁿⁿⁿⁿⁿⁿ viatoris de Ripa».

Rivanus de Dosso, iuratus dicit: «Scio quod homines de Ripa semper repullerunt homines de Arcu quocienscumque venerunt et voluerunt incidere arbores hominum Ripe, et quod in illa possessione vel quasi quam dicunt se habere illi de Arcu contra illos de Ripa de arboribus incidendis, semper et continue homines de Ripa contradixerunt illis de Arco dicentes: “Hoc non est verum ius, nolumus hoc pati”. Item quod homines propter quod illi de Arco aliquando volebant incidere arbores illorum de Ripa fecerunt cum eis maximum stormenum, et illi de Arcu veniebant armati contra illos de Ripa, et cum warnimento volebant incidere^{oooooo} eorum arbores, et quando illud warnimentum faciebat veniebant bene cum CC hominibus ad

eeeeee stetit sopra il rigo con segno di inserzione.

fffff eis cassato.

eggeee Leggi Delaydus.

hhhhhh p cassato.

iiiiii Respondit cassato.

jjjjjj Interrogatus cassato.

kkkkkk et sine cassato.

llllll fa cassato.

mmmmmm vellent nel ms.

nnnnnn Leggi Martini.

oooooo incidere ripetuto.

incidendum arbores ad opus pontis Archi, et illi de Ripa se defendentes vulnerando aliquando homines de Arco et aliquando equos, et recedere fecerunt illos de Arco absque aliquo dampno dato illis de Ripa. Item sio quia comune Ripe semper liberum stetit et est et in possessione libertatis stetit cum omnibus possessionibus suis et arboribus absque aliqua turpi conditione facienda seu prestanda illis de Arco per tantum tempus cuius non extat memoria^{pppppp}, et de omnibus est sonus et fama». Interrogatus quo modo sit quod semper repullerunt homines de Arco semper quocienscumque volebant incidere arbores, respondit: «Quia interfui et vidi, et hoc fuit in contrata fontane de Pascerono - de die nec de mense non recordor -, et ibidem vidi homines lanceantes lanceas inter se et iactandi lapides, et ibi vulneratus [fuit] equus domini Ribaldi de Ysopo et interfectus ex parte illorum de Archu, et ex parte illorum de Ripa fuit vulneratus unus equus Iacobi de Borçaga, si non interfectus. Qui essent illi qui fuerunt vulnerati vel percussi non recordor». Interrogatus si semper interfuit quando fuerunt repulsi ab incidendis arboribus, respondit: «Semel interfui ad stormenum, et postea alia vice quando sonabat rumor quod volebant venire ad incidendas arbores et non inciderunt». Interrogatus si scit quod illi de Arco soliti sunt accipere et habere ius accipiendi de arboribus hominum Ripe ad opus pontis predicti construendum, respondit: «Non». Interrogatus si aliqua vice homines Arci acceperunt de arboribus hominum Ripe quiete seu violenter, respondit: «Non acceperunt quiete, sed si acceperunt per violenciam et furtive acceperunt». Interrogatus si homines de Archo hoc anno semel et bis^{qqqqqq} quiete et consencientibus hominibus Ripe arbores hominum Ripe ad opus dicti pontis acceperunt, respondit: «Non». Interrogatus si homines Arci sunt in tenutam et possessionem incidendi dictas arbores ad dictum pontem, respondit: «Non». Interrogatus si illi de Arco soliti sunt incidere dictas arbores, scilicet nogarias et alias arbores, ad opus pontis Arci in plebatibus Ripe et Tenni et Archi et Cavedani quiete a memoria hominum citra, respondit: «Non». Interrogatus si propter dictam racionem quam homines de Archo se habere dicunt de incidendis dictis arboribus, non debunt homines de Arco tollere mudam, respondit: «Non»^{rrrrr}. Interrogatus si illi de Arco soliti sunt accipere super possessionibus hominum et comunitatis Ripe de suis fructibus et herba et lignamine sua auctoritate, respondit: «Non, nec tollere debunt, nisi furtive hoc faciant. Ego bene habeo XXXV annos et plus; ego sum de Ripa». Interrogatus si solvit suam partem expensarum, respondit: «Non solvi adhuc, sed si aliquid imponetur bene credo quod solvam inde partem meam. Et bene interfui quando Bernardus factus fuit syndicus. Ego vellem quod pars illa que habet racionem vinceret causam». Interrogatus si illi de Arco vincerent causam et inciderent de arboribus ipsius Rivani, si inde haberet dampnum, respondit: «Sic haberem. Non interfui ad expugnandam terram de Archo nec ad incidendas blavas ipsorum. Et sum liber homo. Non sum doctus hoc dicere. Ego veni per preceptum viatoris Ripe». Interrogatus si homines de Ripa expellebant homines de Archo et rixam cum eis faciebant, ideo quia quidam homines ibant et incidebant de arboribus ad utilitatem sui et non ad opus pontis, respondit: «Non, nisi occasione lignaminis pontis».

Lanfrancus Bexuini notarius de Ripa, iuratus dicit: «Scio quod homines de Ripa continue reppullerunt quotienscumque homines de Archo venerunt ad incidendas arbores hominum Ripe, nominatim pro opere pontis de Arco faciendo, quandocumque homines de Ripa illud sciverunt, et semper eis contradixerunt». Interrogatus quoniam hoc scit, respondit: «Quia semper visum habeo quando homines de Ripa^{sssss} illud sciverunt et intellexerunt cucurrerunt foras cum armis. Et quadam vice illi de Arco armata manu cum maximo warnimento venerunt^{ttttt} et inciderunt unum arborem, et illi de Ripa cum armis fuerunt supra eos apud fontanam de Pascerono et fecerunt maximum stormenum, et fuerunt vulnerati quamplures homines - nomina quorum non recordor-, et fuit ibidem mortuus unus equus domini Ribaldi de Ysopo; et fuerunt cum illis de Arco postea die sequenti^{uuuuu} homines de Nacio et alii satis de aliis locis; et sunt plus .XX. annis quod hoc fuit, de die nec de mense non recordor, sed hoc vidi et ibidem interfui; et hoc non faciebant nisi occasione lignaminis^{vvvvv} pontis. Item scio quod comune de Ripa liberum est, et in possessione libertatis cum omnibus suis possessionibus et arboribus et bonis steterunt per tantum tempus cuius non extat memoria, sine aliqua turpi conditione facienda nec prestanda hominibus de Archu; et hoc scio quia visum hoc habeo per XXXII annos et plus. Item scio quod dominus Gerardus episcopus quondam Tridentinus precepit domino Omnebono de Ruffalçaço, qui dicebat se esse pro hominibus de Archo, sub

^{pppppp} et qui *cassato*

^{qqqqqq} *due lettere cassate*

^{rrrrr} respondit: «Non» *sopra il rigo.*

^{sssss} *int cassato*

^{ttttt} venerunt respondit: «Non» *sopra il rigo.*

^{uuuuu} postea die sequenti *sopra il rigo.*

^{vvvvv} lignaminis *sopra il rigo*

pena centum marcarum argenti^{wwwww} ne inciderent seu incidere facerent aliquas arbores hominibus de Ripa occasione pomtis Arci, et commisit uni viatori curie, quem credo fuisse Ortiliebum, ire dominis et illis de Archo faceret illud preceptum; et ipse viator venit mecum et cum domino Riçardo de Rodengo potestate tunc Ripe et cum aliis usque ad burgum de Archo ad faciendum dictum preceptum; et cum fuimus ad burgum Arci ipse viator separavit se a nobis et adscendit castrum de Archo ad faciendum dictum preceptum; et venit ipse viator postea apud Ripam et dixit quod bene eis fecerat dictum preceptum». Interrogatus quoniam hoc scit, respondit «Quia interfui in palacio episcopatus Tridenti, ubi dictus Omnebonus de Rufalcaço dicebat pro hominibus de Archo de facto illius pomtis, et quod volebant illud facere de petra, et alia multa verba; et potestas Ripe dominus Riçardus dixit quod illi de Archo minabantur incidere arbores illorum de Ripa pro dicto pomte, et dixit domino episcopo quod ita statueret cum eis quod non inciderent; unde dominus Gerardus episcopus tunc fecit dictum preceptum, ut dixi; et hoc fuit tempore potestarie domini Riçardi de Rodengo, qui erat potestas Ripe, et dominus^{xxxxx} Oldericus decanus Tridentinus et Albertinus et Saurus de Ripa et alii multi, et dominus episcopus qui fecit dictum preceptum; quo mense vel quo die esset non recordor». Interrogatus si illi de Archo citra, sub episcopo Gerardo quondam et sub episcopo Aldrico qui modo est cum nuncio episcopi, inciderunt de arboribus hominum de Ripa, respondit: «Non. Nescio si dictus dominus **Omnebonus** esset nuncius et syndicus hominum de Archo tunc». Interrogatus si hoc anno homines de Archo semel et bis quiete et consencientibus hominibus de Ripa inciderunt^{yyyyy} arbores hominum Ripe et acceperunt ad opus dicti pomtis, respondit: «Non fecerunt, sed bene sonavit quod ipsi venerant ad incidendas arbores, sed homines de Ripa propter partem que erat de foris et propter werram et pro timore partis que non erat in terram nolluerunt exire de burgo, dicentes homines de terra: “Hoc non posset contingere si homines de Ripa essent in unitate”». Interrogatus si Lanfrancus Bexuini, scilicet ipse testis, venit apud Archum pro hominibus de Ripa dicens hominibus de Archo quod non deberent incidere aliquem arborem, quia ipsi volebant eis designare arbores qui essent cum minori dampno, respondit: «Non, nec illuc ivi ego nec Albertus domini Aniti». Interrogatus si illi de Arco sua auctoritate soliti sunt tollere super possessionibus illorum de Ripa de suis fructibus, lignis et herbis, respondit: «Non, nisi furtive sicut faciunt latrones qui furtive rapiunt. Ego bene habeo quinquaginta annos et sum de Ripa. Non solvi aliquid de expensis istius cause, sed si alii solvent et imponetur, credo quod solvam sicut unus ex meis vicinis pro mea parte, sicut faciunt comunes. Ego vellem quod pars illa que habet rationem vinceret^{zzzzz}». Interrogatus si ipse testis haberet dampnum in hoc si illi de Arco vincerent causam, respondit: «Non, sed si ipsi inciderent michi de mei arboribus bene haberem dampnum de arbore. Non interfui ad expugnandam terram de Arco nec ad incidendam suam blavam. Hoc non dico precio, amore vel timore». Item testes illorum de Ripa.

Martinus Nicolay de Ripa, iuratus dicit: «Scio quod homines de Ripa continue^{aaaaaa} et semper reppulerunt homines de Arcu et incontinenti quocienscumque voluerunt incidere arbores hominum de Ripa occasione construendi dictum pomtem, et quod in illa possessione quam dicunt homines de Archu se habere contra homines de Ripa de incidendis dictis arboribus, homines de Ripa semper contradixerunt illis de Archo dicentes eis: “Non est verum ius incidendi nostros arbores et nolumus hoc sustinere nec sustinebimus». Interrogatus quoniam hoc scit, respondit: «Quia egomet per plures vices et per tres vices ivi illuc cum hominibus de Ripa in Briono et intus comune, et cum armis ipsos infugavimus usque ad fontanam de Pascerono, et fuit ibi maximum sturmenum, et fuerunt vulnerati equi et homines ab utraque parte, et erant bene illi de Archo trecenti homines cum armis, et multi alii^{bbbbbb} qui non erant de plebatu Arci venerant cum ipsis tunc, sed nescio unde essent nec scio nomina ipsorum, et fuit vulneratus equus unus domini Ribaldi de Ysopo ex parte illorum de Archu, et ex parte illorum de Ripa fuit vulneratus unus equus Borçaghe; et bene audiavi tunc dicentes homines de Ripa et egomet dixi hominibus de Archo quod malefaciebant et quod non habebant ius in hoc et quod hoc nullo modo sustineremus; et iam sunt circa .XX. anni quod hoc fuit; de mense et die non recordor; de presentibus dicti homines de Ripa quasi omnes - nomina quorum non recordor de omnibus - sed ibi fuit Graciadeus de Witardo, Iohannes de Renuço et alii multi de quibus non recordor; et vidi quod tunc homines^{cccccc} de Archo^{dddddd} recesserunt quod nullam arborem traxerunt secum, sed iam

^{wwwww} nec cassato

^{xxxxxx} parola cassata

^{yyyyyy} homines cassato

^{zzzzzz} vinceret sopra il rigo.

^{aaaaaaa} continue ripetuto

^{bbbbbbb} de cassato

^{ccccccc} homines cassato

^{ddddddd} quod cassato

inciderant arborem unam de nogaria et illam ibidem in comuni Ripe, in quo iam traxerant, dimiserunt, et homines de Ripa tunc etiam habuerunt de bonis funibus illorum de Archo. Item scio sicut visum habeo dictum commune de Ripa libere stare sine aliqua turpi conditione prestanda seu facienda hominibus de Archo cum omnibus suis possessionibus et rebus et arboribus, a mea recordancia citra que est XXX annorum et per tantum tempus sicut semper auditum habeo dici quod non extat memoria hominum. Item scio ex auditu et non aliter quod dominus episcopus Gerardus quondam Tridentinus precepit domino Omnebono de Ruffacalço, qui erat pro illis de Archu, et in pena centum marcarum argenti ne inciderent seu incidere facerent aliquas arbores hominibus de Ripa occasione pontis Archi, sed ibi non interfui». Interrogatus si ipse testis fuit qualibet vice quando homines de Archo veniebant ad incidendas arbores in plebatu Ripe, respondit: «Ego fui ibi per tres vices, sed posset esse quod venissent eo tempore quo non eram in Ripa unde adesse non potui tunc». Interrogatus si homines de Archo soliti sunt accipere^{eeeeee} et habent ius accipiendi ad opus pontis Archi de arboribus hominum Ripe et aliorum, respondit: «Non, nisi veniant furtive sicut faciunt latrones». Interrogatus si homines de Archo hoc anno venerunt scientibus hominibus de Ripa in plebatu Ripe et inciderunt de arboribus hominum Ripe sine aliqua contradictione ad opus dicti pontis, respondit: «Nescio, sed audivi dici quod furtive venerunt in contrata de Ceulis et inciderunt arbores, sed ibi non interfui». Interrogatus si homines de Archo soliti sunt incidere dictas arbores scilicet nogaris et alias arbores ad opus pontis Arci et in plebatibus Ripe, Tenni, Arci atque Cavedani, a memoria hominum citra quiete, respondit: «Non in terra Ripe nec eius plebatu, nisi furtive hoc faciant, sed nescio si aliis plebatibus hoc facere debeant». Interrogatus si illi soliti sunt accipere^{fffff} de fructibus et herba super possessionibus hominum de Ripa, respondit: «Non, nisi illud furtive faciant. Ego sum de syndicato Bernardi, et bene posset esse quia solvam meam partem de expensis istius cause. Ego vellem quod illi de Archo perderent causam quia non credo eos habere rationem. Ego bene haberem dampnum si illi de Archo inciderent de meis arboribus. Hoc non dico precio, amore vel timore, nec sum doctus hoc dicere. Non sum inimicus illorum de Archo. Non interfui ad expugnandam terram de Archo nec ad devastandam suam blavam». Interrogatus si homines de Ripa contradicebant hominibus de Archo ideo quia quidam de Archo incidebant alias arbores ad sui utilitatem et non ad opus pontis, respondit: «Pro lignamine pontis. Ego veni per nuncium potestatis Tridenti^{eeeeee} ad dicendum hoc testimonium».

Omnebonus de Paserono, iuratus dicit: «Scio quia homines de Ripa semper^{hhhhhh} et continue reppulerunt homines de Archo quandocumque ipsi venerunt et inciderunt arbores illorum de Ripa et illos ibidem invenerunt, et quod semper in illa possessione quam dicunt homines de Archo se habere contra illos de Ripa de incidendis ipsis arboribus, semper contradixerunt si ipsos ibi invenerunt, sed posset esse quod ipsi tali vice furtive illuc venerunt, quod homines de Ripa illud nesciverunt et tunc contradicere eis non potuerunt». Interrogatus quoniam hoc scit, respondit: «Quia ego per unam vicem cum aliis meis vicinis de Ripa cum armis ivimus post eos de Archo qui ducebant arborem unum nogarie quem inciderant in Briono ad opus pontisⁱⁱⁱⁱⁱⁱ, et abstulimus eis ipsum arborem, et posuimus ipsos in fugam; et fuit ibi maximum sturmenum, in contrata fontane de Paserono, de sagitis et lanceis et lapidibus; et fuerunt vulnerati duo equi, unum quorum fuit domini Ribaldi de Ysopo de Archo, et alius fuit domini Iacobi de Borçaga; et fuerunt etiam vulnerati quidam de Archo, nomina quorum non recordor. Et bene audivi homines de Ripa, scilicet dominum Bonifacium et quamplures alios de Ripa, de nominibus quorum non recordor, dicentes contra homines de Archo^{jjjjjj} tunc d.... de Archo: “Malefacitis quia^{kkkkkk} inciditis arbores hominum de Ripa sine aliqua ratione. Nos non sustinebimus et non habetis aliquod ius faciendi hoc”. Interrogatus quantum tempus est quod hoc fuit, respondit: «Non recordor, sed credo quod sunt .XV. anni et plus; quo die hoc esset non recordor neque de mense. Item scio quod comune de Ripa liberum est et semper cum omnibus suis possessionibus stetit in possessione libertatis sine aliqua conditione facienda nec prestanda hominibus de Archo, et per tantum tempus cuius non extat memoria, secundum quod visum habeo semper per meum tempus et sicut semper auditum habeo dici». Interrogatus si homines Arci soliti sunt accipere et habent ius accipiendi ad opus pontis de arboribus hominum Ripe, et si aliqua vice acceperunt quiete sine violencia, respondit: «Non habent inde^{llllll} ius aliquod nec soliti sunt accipere quiete, sed tunc, quando eos^{mmmmmm} repulimus cum armis, ipsi de

^{eeeeee} accipe *nel ms.*

^{fffff} soliti sunt accipere *sopra il rigo.*

^{gggggg} quod ... *cassato.*

^{hhhhhh} et continue *cassato.*

ⁱⁱⁱⁱⁱⁱ quem incident in Briono *ripetuto*

^{jjjjjj} Ripa *cassato e Arco sopra il rigo.*

^{kkkkkk} Parola *cassata.*

^{llllll} inde *cassato*

^{mmmmmm} epu *cassato*

Arco in sequenti die postea venerunt cum armis et cum maximo warnimento et traxerunt lignum quem inciderant, qui iacebat intus comune de Ripa». ». Interrogatus si scit quod homines de Archo hoc anno semel et bis venerunt in plebatu Ripe et inciderunt et acceperunt de arboribus hominum de Ripa scientibus hominibus de Ripa et non contradicentibus, respondit: «Nescio, quia ibi non interfui, sed bene audiui dici quod ipsi hoc anno, quando potestas Ripe erat apud Tridentum, iverunt apud Ceulem et inciderunt arbores furtive, sed si homines Ripe illud scirent nescio, quia non eram tunc apud Ripam, immo eram Tridenti cum potestate». Interrogatus [si homines] de Archo sunt in tenuta et possessione incidendi dictos arbores ad opus dicti pomtis, et hoc fecerunt iam sunt decem et XX., XXX. et XL annos et per tantum tempus cuius non extat memoria, respondit: «Non fecerunt hoc nec sunt in possessione de arboribus hominum Ripe nec de aliis plebatibus, quod sciam». Interrogatus si homines de Archo habent ius seu soliti sunt incidere dictas arbores, scilicet nogarias et alias arbores et olivos ad opus dicti pomtis in plebatibus Ripe et Tenni, Archi atque Cavedani a memoria hominum citra quiete, respondit: «Non per aliquod tempus eciam, quod sciam». Interrogatus siⁿⁿⁿⁿⁿⁿ propter dictum lignamen quod tollunt ut dicunt illi de Archo, dictus pons debet esse liber et absolutus a muda, respondit: «Non est absolutus propter hoc, quia non habent illam rationem tollendi nec incidendi arbores, immo est absolutus quia civitas non permittit ipsos ibi tollere mudam». Interrogatus si homines de Archo soliti sunt sua auctoritate tollere de fructibus et herba super possessionibus hominum de Ripa, respondit: «Non sunt, nisi furtive illud faciant. Ego sum de Ripa et de syndicato Bernardi, et debeo solvere meam partem expensarum, si alique michi imponeretur de hac causa. Ego vellem quod pars illa que habet rationem vinceret causam, et in hoc non diligo magis unam partem quam aliam». Interrogatus si ille testis haberet dampnum si illi de Archo inciderent de suis arboribus, respondit: «Sic haberem, quia non fieret michi ratio de illis de Archo, sed si michi fieret ratio non haberem inde dampnum, quia ratio faceret michi restituere. Hoc non dico precio, amore vel timore, et non sum doctus hoc dicere. Non fui ad expugnandam terram de Archu nec ad devastandum suam blavam, nec sum eorum inimicus. Ego veni precepto potestatis Ripe, qui michi precepit ex parte potestatis Tridenti quod venirem, et eciam unus preceptum michi precepit. Ego sum liber homo». Interrogatus si homines de Ripa occasione lignaminis pontis habebant rixam cum hominibus de Archo vel propter aliud lignamen quod homines de Archo incidebant ad utilitatem sui, respondit: «Pro lignamine pontis». Interrogatus si est sonus et fama quod homines de Archo habent dictum ius incidendi dictos arbores in dicto plebatu Ripe et in aliis iam sunt centum anni, respondit: «Non, quod sciam».

Tochus de Ripa iuratus dicit: «Scio quia semel homines de Archo, iam sunt circa decem et octo anni et plus, venerunt in plebatu Ripe pro incidendis arboribus ad opus sui pomtis in Briono, et arborem illam trahebant versus Archum, et rumor sonavit apud Ripam, et sic homines de Ripa cum armis exiverunt et fuerunt post eos et infugaverunt eos, et ipsi dimiserunt arborem et fugierunt, et homines de Ripa iverunt post eos et fecerunt cum eis maximum stormenum de lanceis, pillotis et lapidibus; et fuit hoc apud pomtem de Pascerono; et fuit vulneratus unus equus Iacobi de Borçago et unus equus domini Ribaldi de Ysopo; et bene audiui dominum Quintannum et alios quamplures de Ripa dicentes hominibus de Archu quod malefaciebant quod incidebant^{oooooooo} arbores hominum de Ripa, et quod nullum ius nec ullam rationem in hoc habebant, et quod homines de Ripa illud non sustinerent». Interrogatus quoniam hoc scit, respondit: «Quia ibidem interfui et vid.; quo mense vel quo die hoc esset non recordor; et erant illi de Archo bene centum homines bene armati et plus satis, et illi de Ripa fuerunt ultra ducentos; et sic in die illa illi de Archo recesserunt dimisso arbore quem inciderant in pratis hominum de Ripa; et postea homines de Archo, sequenti die cum maximo warnimento et armata manu venerunt et acceperunt dictum arborem, et traxerunt ipsum apud Archum. Item scio quod comune Ripe liberum est et libere stetit cum omnibus suis bonis, possessionibus et arboribus, sine aliqua turpi conditione facienda nec prestanda hominibus de Archo per totum meum tempus, sicut visum habeo, quod est bene XL anorum et per tantum tempus cuius non extat memoria secundum quod semper auditum habeo dici». Interrogatus si homines Arci soliti sunt accipere et habent ius accipiendi ad opus pomtis Arci de arboribus hominum Ripe et aliorum hominum, respondit: «Non, nisi furtive illud fecerunt». Interrogatus si homines de Archo acceperunt de arboribus hominum Ripe quiete seu violenter, respondit: «Non quiete, sed violenter et armata manu cum warnimento duxerunt dictam arborem quam superius dixi». Interrogatus si homines de Archo^{pppppp} hoc anno scientibus hominibus de Ripa semel et bis acceperunt de arboribus hominum de Ripa ad opus dicti pomtis, respondit: «Non, quod sciam, sed bene audiui dici quod ipsi absconse iverunt apud Ceulem et acceperunt de arboribus hominum Ripe». Interrogatus si homines de Archo sunt in tenuta et possessionem incidendi dictas arbores ad opus dicti pomtis, et hoc fecerunt iam sunt decem et XX. et XXX et XL et quinquaginta annos et per tantum tempus cuius non extat memoria, respondit: «Non sunt nec illud fecerunt». Interrogatus si homines de Archo habent ius seu soliti sunt incidere dictas arbores, scilicet nogarias et et olivas et alias arbores ad opus pomtis Arci in plebatibus Ripe et Tenni,

ⁿⁿⁿⁿⁿⁿ dictus *cassato*

^{oooooooo} homines *cassato*.

^{pppppp} de Ripa *nel ms.*

Arci et Cavedani, respondit: «Non, quod sciam, immo eis prohibitum fuit in plebatu Ripe, ut dixi superius». Interrogatus si ipsi super hoc ab aliquibus impediabantur, si ipsi de Archu contra eorum voluntatem tollebant arbores, respondit: «Ego nescio, sed bene^{qqqqqq} tollebant si poterant contra voluntatem ipsorum quorum erant». Interrogatus si illi de Archo non tollunt mudam ad dictum pomtem propter dictum lignamen quod ita tollere debent, ut dicunt, respondit: «Nescio». Interrogatus si homines de Archo sua auctoritate soliti sunt tollere sua auctoritate de fructibus et herbis hominum de Ripa et de lignis, respondit: «Non, nisi furtive illud faciant». Interrogatus si est sonus et fama quod dicti homines de Archu habeant dictum ius accipiendi ita dictum lignamen et quod sint in possessione incidendi in dictis plebatibus, respondit: «Non, nisi sicut ipsimet de Archo dicunt. Ego sum de Ripa et habito in Ripa et sum de syndicato Bernardi. Bene credo quod solvam meam partem expensarum istius cause si michi imponetur, secundum quod faciunt comunitates terre. Non debeo sentire dampnum vel lucrum in hac causa, nisi sicut unus ex meis vicinis. Ego vellem quod illa pars que habet rationem vinceret causam. Bene haberem dampnum si homines de Archo inciderent michi meas arbores. Hoc non dico precio, amore vel timore nec sum doctus hoc dicere. Et veni per nuncium potestatis Ripe, qui michi precepit ex parte potestatis Tridenti quod venirem ad dicendum hoc testimonium». Interrogatus si homines de Ripa faciebant rixam cum hominibus de Archo pro arboribus qui incidebantur ad opus pomtis vel pro aliis arboribus quos incidebant homines de Arco ad utilitatem sui, respondit: «Pro arboribus de pomte».

Ottobonus domine Stadagie, iuratus dicit: «Scio quia homines^{mmmm} de Archo venerunt apud Brionum et inciderunt arborem unum nogarie in plebatu Ripe, et qui arbor fuit, sicut credo, cuiusdam filii Pyni, et sic sonavit rumor apud Ripam, et homines de Ripa cum armis exiverunt et iverunt post ipsos, quia ducebant arborem versus Arcum ad opus dicti pomtis, et illi de Archo, ad campanam sonatam, venerunt foras cum armis et fecerunt maximum stormenum ibi, apud fontanam de Pascerono, de lanceis et pillotis et lapidibus, et fuit ibi vulneratus unus equus Ribaldi de Ysopo; et in principio quando venerunt [illi] de Ripa fuit percussus unus homo qui stabat cum dicto Ribaldo de Ysopo, qui erat apud arborem quem ducebant; et sic homines de Archo, dimisso arbore, recesserunt; et postea sequenti die homines de Archo fecerunt maximum warnimentum et venerunt et acceperunt dictum arborem e duxerunt ipsum apud Archum; et homines de Ripa nolluerunt tunc exire ideo quia illi de Archo cum maxima societate ibidem venerant, scilicet cum hominibus de Nacu et de Cavedane et de Turbule et aliis suis amicis». Interrogatus quoniam scit ea que dixit, respondit: «Quia ibidem interfui et vidi et audivi quod homines de Ripa, nomina quorum non recordor, dicebant tunc hominibus de Archo quod male faciebant quod incidebant arbores hominum de Ripa, et quod nullus ius in hoc habebant et quod homines de Ripa illud non sustinerent». Interrogatus quantum tempus est quod hoc fuit, respondit: «Iam sunt XX anni quod hoc fuit vel circa illud; quo die vel quo mense hoc esset non recordor. Presentes fuerunt ibi ego et filii domini Alberti, Graciadeus de Witardo et alii homines quasi omnes de Ripa. Item scio quod comune Ripe liberum est et libere stetit cum omnibus suis possessionibus et arboribus, a mea ricordancia citra que est XL. annorum et plus, sicut visum habeo, et per tantum tempus cuius non extat memoria secundum quod semper audivi dici, sine aliqua conditione prestanda nec facienda hominibus de Archo». Interrogatus si semper interfuit ad reppellendum et contradicendum hominibus de Arco quando veniebant ad incidendos dictos arbores in plebatu Ripe, respondit: «Non vidi, quod sciam, quod venirent publice ad incidendum nisi tunc, sed bene posset esse quod postea furtive venerunt». Interrogatus si illi de Archo habent ius tollendi et incidendi dictos arbores ad opus dicti pomtis, respondit: «Non». Interrogatus si hoc anno illi de Archo acceperunt de arboribus hominum Ripe scientibus hominibus de Ripa et non contradicentibus, respondit: «Nescio, sed bene audivi dici quod ipsi furtive venerunt hoc anno et cum armis, quia potestas Ripe erat Tridenti, et inciderunt apud Ceulem arbores hominum de Ripa». Interrogatus si homines de Archo sunt in tenutam et possessionem incidendi dictos arbores per tantum tempus cuius non extat memoria, respondit: «Non sunt nec illud ius habent nec habere debent in plebatu Ripe neque Tenni neque Cavedani nec in alio loco; neque scio quod propter illud lignamen quod dicunt, pons de Archo debeat esse absolutus a muda, neque scio quod de predictis sit publica fama». Interrogatus si homines de Archo sua auctoritate debent tollere de fructibus et herba et lignis, respondit: «Non, nisi furtive illud faciant. Ego sto et habito in Ripa. Et debeo solvere meam [partem]^{ssssss} expensarum istius cause si michi fuerit imposita. Ego vellem quod pars illa que habet rationem vinceret causam; non sum doctus hoc dicere. Bene credo quod haberem potius dampnum quam lucrum si illi de Arco inciderent meas arbores. Non diligo in hac magis unam partem quam aliam. Et veni per nuncium potestatis Tridenti. Non fui ad expugnandam terram de Archo nec ad devastandam suam blavam, nec sum eorum inimicus». Interrogatus si homines de Ripa occasione lignaminis de ponte vel pro eo quod incidebant alias arbores ad utilitatem sui faciebant rixam cum hominibus de Archo, respondit: «Pro utraque^{tttttt} lignamine».

^{qqqqqq} credo quod cassato.

^{mmmm} de Ripa cassato

^{ssssss} partem omesso nel ms.

^{tttttt} lignamine cassato.

Belletus de Ripa, iuratus dicit: «Scio quia homines de Ripa per tres vices repulerunt homines de Archo quando veniebant ad incidendo arbores in plebatu Ripe, cum armis et contradicentes eis et dicentes quod malefaciebant quod incidebant arbores hominum de Ripa. Et hoc scio quia prima vice interfui quando venerunt in Briono, et fuit ibi unum magnum sturmenum de lapidibus, lanceis et pillotis apud fontanam de Pascerono, et fui vulneratus unus equus domini Ribaldi de Ysopo; in secunda vice sonavit rumor quod veniebant, et homines de Ripa exiverunt foras, et cum ipsi viderunt nos reddierunt retro; postea in tertia vice fui in Briono quia sonabat quod veniebant ad incidendum, sed non venerunt tunc; sed postea non vidi nec audiui quod venirent in plebatu Ripe pro arboribus incidendis, nisi hoc anno quod audiui dici quod ipsi furtive cum armis iverunt apud Ceulim et inciderunt arbores hominum de Ripa pro opere sui pontis, sed ibi bene non interfui quia eram tunc Tridenti cum potestate Ripe et scio quod prima vice quando venerunt in Briono, ipsi homines de Archo recesserunt fugiendo, dimisso arbore quem inciderant; sed audiui dici quod ipsi die sequenti cum maximo warnimento venerunt illuc in pratis ubi amiserant dictum arborem et portaverunt illum apud Archum. Et rixam quam faciebant homines^{uuuuuu} de Ripa hominibus de Archo faciebant propter arbores quos incidebant ad opus pontis. Et iam sunt bene XX anni vel circa illud quod hoc fuit, sed ante plus quam minus; quo die vel mense hoc esset nescio; ibi erant homines de Ripa pro maiori parte. Item scio quod comune Ripe liberum est et libere stetit cum omnibus suis bonis et arboribus, sine aliqua turpi conditione facienda nec prestanda hominibus de Archo, sicut visum habeo per meam recordanciam, que est quinquaginta annorum et per tantum tempus cuius non extat memoria, sicut semper auditum habeo dici. Nescio quod homines de Archo sint in possessione incidendi dictos arbores in dicto plebatu nec in alio loco; neque quod propter dictum lignamen quod dicunt, dictus pons debeat esse absolutus a muda. Ego sum de Ripa et sto in Ripa, et sum de syndicato Bernardi; et vellem quod pars illa que habet rationem vinceret causam. Hoc non dico precio, amore vel timore et non diligo in hac magis unam partem quam alteram. Ego bene haberem dampnum ante quam proficium si illi de Archo inciderent meas arbores, sed non habeo tales arbores unde haberem maximum dampnum. Bene credo quod debeam solvere meam parte expensarum que michi imponeretur de ista causa^{vvvvvv}».

Dominus Albertinus de Ripa, iuratus dicit: «Scio quia sunt XVIII. anni et plus quod homines de Archo venerunt cum maxima societate in Briono, in plebatu Ripe, et inciderunt arborem unam nogarie in Briono ad faciendum suum pomtem de Archo; et rumor sonavit apud Ripam, et homines de Ripa statim cucurrerunt foras omnes pro comuni versus Brionum, et cum fuimus in pratis in contrata de Valeo, invenimus eos quia ducebant lignum secum versus Archum, et fuimus ad ipsos, et ipsi ceperunt fugere et dimiserunt ibi arborem; et audiui homines de Ripa quamplures dicentes - et egomet dixi - illis de Archo quod malefaciebant quod incidebant arbores hominum de Ripa, et non habebant ius faciendi hoc, et quod homines de Ripa nullo modo sustinerent. Et fuit ibi vulneratus quiam homo qui stabat cum domino Ribaldo de Ysopo de Archo qui erat apud ipsam arborem, fuit vulneratus^{wwwwww} unus; et sic homines de Archo ceperunt crescere et venire de burgo Arci; et nos fuimus contra ipsos; et factum fuit ibi apud fontem de Pascerono unum magnum stormenum inter illos de Ripa et illos de Archo; et fuit tunc vulneratus equus unus dicti domini Ribaldi de Ysopo; et sic illi de Archo recesserunt, dimisso arbore ibi in pratis; quo mense vel quo die esset hoc non recordor». Interrogatus quoniam hoc scit, respondit: «Quia egomet ibidem interfui et vidi et audiui. Et postea die sequenti, sicut dictum fuit, homines de Archo fecerunt maximum warnimentum cum hominibus de Cavedano et de Nacu et de Turbule et aliis suis amicis, et venerunt armata manu cum confanonis, sicut vidi et alii multi de Ripa qui videbant confanonos et baneras, et acceperunt dictam arborem; et homines de Ripa non exiverunt tunc contra ipsos ideo quia erant tres plebatici et timebant propter multitudinem^{xxxxxxx} que erat cum illis de Archo. Non vidi nec scio quod postea publice venirent ad incidendos aliquos arbores, excepto hoc anno, quia audiui dici quod dicti homines de Archo furtive venerunt apud Ceulim et inciderunt olivos bonorum hominum de Ripa, sed ibi non interfui, nec homines de Ripa illud sciverunt, quod sciam. Item scio quod comune de Ripa liberum est et in possessione libertatis a mea recordancia citra que est XL. annorum et plus, sicut visum habeo, et per tantum tempus cuius non extat memoria, sicut semper auditum habeo dici, sine aliqua conditione prestanda nec facienda hominibus de Archo. Item scio, sicut auditum habeo, quod de omnibus predictis est sonus et fama publica». Interrogatus si homines de Archo soliti sunt accipere et habent ius incidendi de dictis arboribus hominum Ripe et aliorum ad opus pontis, et in plebatu Tenni et Arci et Cavedani, et steterunt in possessione tollendi et incidendi, respondit: «Non habent in plebatu Ripe, nec sunt inde in alia possessione, nisi, ut dixi, quod venerunt absconse et quod fuerunt repulsi de plebatu Ripe; de aliis plebatibus nichil scio». Interrogatus si homines de

^{uuuuuu} de Arc cassato.

^{vvvvvv} et fam cassato.

^{wwwwww} et fuit vulneratus cassato.

^{xxxxxxx} multitudinem nel ms.

Arco sua auctoritate soliti sunt tollere de lignis et fructibus et herba hominum de Ripa et super possessionibus ipsorum, respondit: «Non, nisi furtive veniant. Ego sum de Ripa et de syndicato Bernardi de Palma. Et debeo bene solvere meam partem, sicut faciunt comunes in talibus negociis. Hoc non dico precio, amore vel timore, et non sum doctus hoc dicere. Et vellem quod pars illa que habet rationem vinceret causam. Bene credo quod haberem dampnum si illi de Archo inciderent michi meas arbores. Non fui ad expugnandam terram de Archo nec ad devastandas suas blavas. Ego veni per nuncium potestatis Tridenti ad dicendum hoc testimonium. Item scio quod quidam nuncius et viator curie Tridenti venit apud Archum et precepit hominibus de Archo in pena centum marcarum argenti ex parte domini Gerardi quondam episcopi Tridenti quod non inciderent aliquos arbores hominum Ripe ad opus sui pomtis. Interrogatus quoniam hoc scit, respondit: «Quia ipse viator hoc michi dixit ante ecclesiam de Ripa, et presentibus ego et multis aliis de Ripa, sed non interfui ubi preciperetur nec iniungeretur illud preceptum a dicto domino episcopo; et non recordor de nomine ipsius nunci. Non sum inimicus illorum de Archo. Nescio si Bernardus Palme vel aliqua persona de Ripa designaret hominibus de Archo aliquam arborem».

Iohannesbonus de Ripa ... «sed ibi non interfui quia non eram tunc in terra Ripe, quia, sicut dicitur, ipsi fecerunt inter se magnum sturmenum ad fontanam de Pascero»... «Non, sed ipsi, sicut dicitur, furtive venerunt apud Ceulem et inciderunt olivos, sed potestas Ripe non erat tunc in terra... ego habeo bene LX annos et plus; ego sum de Ripa»... Interrogatus si ipse testis haberet dampnum si illi de Archo vincerent causam, respondit: «Nescio, quia nescio utrum inciderent de meis arboribus nec ne, sed si inciderent de meis arboribus potius haberem dampnum quam proficium... Ego veni precepto Martini viatoris de Ripa qui precepit michi ex parte potestatis quod venirem».

Tebaldinus de Ripa...«Ego personaliter interfui cum hominibus de Ripa per unam vicem quando homines de Archo venerunt in Briono ad incidendum, quia rumor sonavit quod illi de Archo venerant ad incidendum arbores pro suo pomte in Briono, et sic homines de Ripa comuniter omnes cum armis cucurrerunt illuc, et ego cum eis; et invenimus ipsos quod ducebant arborem quem iam inciderant... et fuit ibi vulneratus unus equus quem equitabat dominus Ribaldus de Ysopo... Iam sunt XX. anni et plus... Non fui ad expugnandam terram de Arco nec ad devastandas suas segetes»...

Gamba de Ripa...«Quia recordor quod homines de Archo quadam vice illuc venerunt in plebatu Ripe apud Brionum, et inciderunt arborem unam de nogaria, quam credo fuisse filii Pini notarii, et ducebant arborem illam secum, et homines de Ripa cum audiverunt rumorem exiverunt foras cum armis comuniter, et iverunt illuc, et ego ivi cum eis... fuit ibi vulneratus unus equus domini Ribaldi de Ysopo, et audivi postea quod equus ille mortuus erat... Iam sunt XVIII anni et plus quod hoc fuit»....

Orlandinus frater Sole de Ripa... «Ego sum de Ripa et de syndicato Bernardi et debeo solvere meam partem expensarum istius cause, secundum quod est consuetudo de comunitatibus...Bene credo quod haberem dampnum de meis arboribus si illi de Arco illas michi inciderent, sed si fieret michi ratio non haberem dampnum, quia ipsi restituerent michi dampnum».

Martinus viator Ripe... «illi de Ripa iverunt contra ipsos usque ad fontanam de Pascero et fecerunt cum eis maximum stormenum cum lanceis et lapidibus et pilotis, et fuit ibi vulneratus unus equus Iacobi de Burçaga; et ego ibi eram personaliter; et iam sunt .XX. anni et etiam triginta anni, sicut credo... et scio quod in mense medio nuper transacto homines de Archo cum armis venerunt in Briono et inciderunt arborem unam nogarie domini Graciadei de Witardo, et homines de Ripa exiverunt foras cum armis et non invenerunt ipsos, quia recedebant, et ego interfui illuc et vidi homines de Archo qui recedebant cum armis; et in nocte sequenti ipsi de Archo furtive, sicut dicitur, venerunt et acceperunt illam arborem; et eo tempore similiter inciderunt unam arborem nogarie que erat Bernardi de Palma, sed illam non vidi incisam, et occasione illius incisionis inota est ista questio, et volunt quod cognoscatur ratio de incisione quam ita faciunt illi de Archo»...

Bommassarius... «iam sunt XX anni et plus quia homines de Archo venerunt in Briono et inciderunt arborem unam in plebatu Ripe, in contrata de Briono, scilicet unam nogariam, que erat cuiusdam qui vocabatur Pinus, ut michi videtur; et tunc cum rumor sonavit apud Ripam homines de Ripa cum armis exiverunt foras communiter, et ego fui cum eis... et tunc homines de Archo recesserunt et dimiserunt lignum cum funibus; et sic homines de Archo qui remanserant domi ceperunt venire cum armis, et homines de Ripa iverunt contra ipsos usque ad fontanam de Pascero et fecerunt cum eis maximum sturmenum de lanceis et lapidibus et pilotis... Item scio quia similiter alia vice homines de Arco venerunt ad Planonum, sicut vidi, cum armis, occasione incidendi arbores ad dictum pomtem, et inciderunt unam nogariam filiorum Persenaldi, scilicet domini Galicianni; et homines de Ripa, sicut vidi, illuc cucurrerunt cum armis, et non potuerunt prohibere eis de Archo qui non ipsi ducerent dictam arborem; et satis clamaverunt illi de Ripa dicentes quod malefaciebant et quod non habebant ius faciendi, sed non potuerunt resistere illis de Archo, quia illi de Archo erant in maxima et maiori quantitate quam illi de Ripa». Interrogatus quantum tempus est, respondit: «Non recordor, sed credo quod possunt esse circa XX annos. Non interfui amplius ubi viderem quod homines de

Ripa currerent contra illos de Archo occasione dictorum arborum... Non sum de syndicatu Bernardi neque debeo solvere de expensis istius cause... Ego non habito in Ripa, immo sum monachus et habito super montem. Non haberem dampnum si illi de Archo vincerent causam, bene haberem dampnum si illi de Archo inciderent de arboribus ecclesie in qua habito, sicut credo, sed ibi non sunt tales arbores. Ego sum liber homo. Hoc non dico precio, amore vel timore. Non fui ad expugnandam terram de Archo nec ad destruendas segetes ipsorum, nec sum eorum inimicus». Interrogatus si illi de Ripa faciebant rixam cum hominibus de Archo ideo quia incidebant alias arbores ad utilitatem sui et non de arboribus pontis, respondit: «Quod utroque. Ego veni per preceptum Martini viatoris de Ripa qui michi precepit ex parte potestatis Tridentini quod venirem».

Testes illorum de Ripa.

Graciadeus de Witardo de Ripa... «homines de Arco quadam vice venerunt in Briono et inciderunt arborem unam nogarie... ego et alii homines cepimus dicere quod malefecerant et quod non habebant ius faciendi hoc... et sic homines de Ripa ipsos infuga[ve]runt et ipsi, dimisso arbore, recedebant et sic alii homines de Archo ceperunt venire cum armis et sic illi de Ripa fuerunt contra eos apud fontanam de Pascerono, et fuit ibi magnum sturmenum de lapidibus et lanceis et pillotis, et fuit ibi vulneratus equus unus domini Ribaldi de Ysopo, et etiam homines fuerunt ibi vulnerati, et erat ibi Albertus Cocus quondam qui rogabat me pro Deo quod deberem intrinsecare, et sicut homines de Arco recesserunt. Sed postea, sequenti die, homines de Archo cum maximo warnimento cum hominibus de Cavedano et de Turbuli et de Nacu et de aliis suis amicis, armata manu, cum bamderiis et confanonis venerunt et acceperunt dictam arborem, sed tunc illi de Ripa nolluerunt exire, quia timebant propter illos de Archo qui maximam habebant societatem congregatam; et sic duxerunt dictam arborem, ut dicitur, apud Arcum; et fuit arbor illa filii Pyni; et iam sunt XX anni vel circa illud quod hoc fuit»... «Bene verum est quod ipsi, armata manu, bene cum ducentis hominibus, venerunt hoc anno in Briono et inciderunt michi unam nogariam, et me presente et contradicente quod malefaciebant et quod non habebant ius faciendi hoc; sed illi de Ripa de hoc nichil sciverunt, quod sciam, pro comuni, sed forte pauci qui illud viderunt hoc sciverunt; et unam aliam inciderunt que erat Bernardi syndici illorum de Ripa et illas duxerunt apud Arcum; et propter illam incisionem illi de Ripa nollunt amplius sustinere quod fiat et volunt quod cognoscatur inde ratio». Interrogatus si homines de Arco soliti sunt sua auctoritate tollere de fructibus et lignis super possessionibus hominum de Ripa, respondit: «Non, nisi faciant sicut faciunt latrones et furones. Ego sum de Ripa et de syndicatu Bernardi... Non sum eorum inimicus sed non diligo eos multum nec habeo ipsos multum odio»... «Bene haberem dampnum ante quam lucrum si homines de Arco inciderent michi meas arbores».

Idem testes Bernardi.

Girardus de Ruçinello... «Scio ex iudicio quod episcopus Gerardus quondam **Tridentinus** precepit domino Omnebono de Ruffacalço pro illis de Arco, sub pena centum marcarum argenti ne inciderent de arboribus hominum de Ripa occasione dicti pontis Archi, et de omnibus est publica fama». Interrogatus quoniam scit ea que superius dixit, respondit: «Quia interfui ubi illi de Ripa fecerunt maximum sturmenum cum illis de Arco»... «Ego non interfui nisi semel, sed alii de Ripa semper ibant et contradicebant quandocumque illud sciebant, excepto hoc anno, quia dicitur quod illi de Archo furtive venerunt apud Ceulem et inciderunt arbores et portaverunt secum, sed illi de Ripa illud nesciverunt, quod sciam, et etiam prae timore werre et etiam partis de foris non potuerunt illud prohibere, nec voluerunt exire, sed bene erat rumor quod venerant ad incidendum, et quidam exiverunt, ut viderent, et egomet ivi usque ad villam de Cavaço et postea reddivi quia ipsi recesserant»... Interrogatus quot annos habet ipse testis, respondit: «Bene XL annos, et sum de Ripa. Ego solvam de expensis istius cause, sicut comune statuet, et bene feci syndicatum Bernardi... non debeo sentire dampnum vel lucrum in victoria vel amissione huius cause nisi sicut de re comuni»...

Rivaninus qui fuit de Ripa, modo habitat apud Marucium... «Quia recordor quod quando veniebant illi de Archo ad incidendos dictos arbores in plebatu Ripe, sonabat et ferebat rumor, et homines de Ripa, et ego cum eis illuc ivi cum armis; et hoc vidi pluries, et quadam vice semel interfui ibi ubi dicti homines de Ripa fecerunt magnum sturmenum cum hominibus de Archo, ideo quia venerant ad incidendos dictos arbores; et audiebam quod homines de Ripa, nomina quorum non recordor, dicebant illis de Archo: «Malefacitis, et hoc non sustinebimus, quia nullum ius in hoc habetis». Sed credo quod fuerunt Albertinus de domino Anito et dominus Albertinus et Marcuardus de Brolo; et hoc fuit in contrata de Briono, et iam sunt XV. anni et plus quod hoc fuit de sturmeno. Et non sunt adhuc decem anni, sicut vidi, quod homines de Ripa similiter fecerunt et habuerunt maximam rixam cum hominibus de Arco quia venerant ad incidendos arbores pro dicto pomte; et hoc fuit in contrata de Sancto Bartollomeo, apud Ripam; et erant homines de Archo et homines de Ripa bene armati et in maxima quantitate pro qualibet parte; quo mense vel quo die hoc esset nescio». Interrogatus per quot vices ibi interfuit, respondit: «Bene cucurri iam bene per sex vices, sed semper ipsos non invenimus quia statim fugiebant quando intelligebant quod homines de Ripa exhibant»... Interrogatus si homines de Archo hoc anno inciderunt de arboribus hominum Ripe semel vel bis, scientibus

hominibus de Ripa et sine aliqua contradicione et ipsos conduxerunt ad opus dicti pontis, respondit: «Non inciderunt nec conduxerunt, quod sciam, quia modo non habito apud Ripam, immo sto apud Marucium cito erit annus». Interrogatus si homines de Archo^{yyyyyy} sunt in possessione et tenuta incidendi dictos arbores et in ea possessione steterunt iam sunt^{zzzzzz}. XL. et L. et LX. anni et plus, et quod hoc fecerunt per tantum tempus cuius non extat memoria, respondit: «Non, quod sciam, quia non sunt in quieta possessione nec in aliqua possessione, quia quando volebant incidere, veniebant ibi cum confanonis et baneriis, sicut vidi per unam vicem». Interrogatus quot annorum est ipse testis, respondit: «XXX annorum et plus». Interrogatus si propter dictum lignamen quod dicunt ita incidere debere, debet dictus pons liber, respondit: «Nescio, quia non debent tollere aliquod lignamen. Ego fui de Ripa, sed modo ibi non habito, nec solvo aliquid de expensis cause, nec sum in suo syndicato, neque debeo habere dampnum vel proficium si homines de Archo vincerent^{aaaaaaa} vel perderent causam; non diligo in hac magis unam partem quam aliam, et vellem quod pars illa que habet rationem vinceret causam»... Interrogatus si scit vel audivit quod nuncius episcopi, videlicet canipirius de Archo, debet designare arbores ratione episcopatus hominibus de Archo et percutere primum ictum, respondit: «Nichil inde scio nec illud numquam magis audivi dici nisi modo». Interrogatus si homines de Ripa faciebant rixam cum hominibus de Archo ideo quia incidebant alios arbores ad utilitatem sui et non ad opus pontis, respondit: «Ipsi faciebant rixam pro quolibet lignamine quod incidere volebant tam pro ponte quam alio modo».

Item testes illorum de Ripa.

Ottolinus barberius... «per meum tempus quod est quinquaginta annorum»... Interrogatus si homines de Arcu sua auctoritate tollunt de lignis et herbis et fructibus super possessionibus hominum de Ripa, respondit: «Non, nisi faciant illud furtive et absconse». Interrogatus si propter lignamen seu arbores quas dicunt illi de Archo se posse incidere, pons est liber et absolutus, respondit: «Non. Non sum inimicus illorum de Arco, immo amicus»... Interrogatus si haberet dampnum si illi de Archo vincerent causam, respondit: «Non, quia non habeo arbores aliquos... Ego bene habeo LX annos et plus».

Bertramus Bucasanta... «a mea recordancia citra que est XL. annorum et plus»... Interrogatus quoniam scit ea que dixit, respondit: «Quia possunt esse decem et octo anni et plus quod vidi venire homines de Archo^{bbbbbbb} qui fecerunt magnum sturmenum cum illis de Ripa a fontana de Pascerono et de versus Brionum; et erant quidam vulnerati in ipso stormeno, sicut vidi, et quia videbam bene homines de Archo et de Ripa quando pugnabant insimul; et fuit facta illa pugna ideo quia illi de Archo venerant ad incidendum arbores»... Item scio quod a quinque annis citra sonavit rumor quod dicti homines de Archo venerant in contrata predicta de Briono et inciderant arbores et sic, sicut vidi, homines de Ripa cum armis communiter cum armis cucurrerunt ad ipsos in contrata de Sancto Axandro^{ccccccc}, et fuerunt contra eos de Arco, et fecerunt magnum stormenum inter se, et videbam bene sicut inter se pugnabant, quia adscenderam super domum ecclesie de Ripa, et videbam confanonas de Ripa et homines de Archo qui pugnabant insimul, et postea in reversione vidi venire homines de Ripa de ipso sturmeno; et fuit ibi vulneratus Albertinus de domino Marcuardo in oculo de uno piloto, et bene vidi vulnus, et sicut extraxerunt pylotum, sed quis traheret pylotum de oculo non recordor; quo mense vel quo die hoc esset nescio, sed fuit ab hora nove et duravit fere usque in sero»... «Non acceperunt quiete, sed furtive venerunt hoc anno apud Ceulem, ut dicitur, et inciderunt ibidem olivos ad opus dicti pontis, sed ibi non interfui; etiam in hoc anno similiter venerunt in Briono cum armis et in maxima quantitate et inciderunt (oo) arbores ibi, sicut dicitur; et bene vidi arbores incisas, scilicet nogarias et olivos et alias arbores, sed homines de Ripa postquam illi recesserant illud sciverunt, et quidam ex eis illuc ivit et ipsi iam recesserant; et, propter illos arbores, fit modo causa, quia homines de Ripa volunt quod cognoscatur si illi de Archo ita volunt et debent incidere arbores; et hoc fuit de mense madii nuper transacto, sicut credo»... Interrogatus si ipse testis haberet dampnum si illi de Archo vincerent causam, respondit: «Sic, sicut unus ex meis vicinis... Bene haberem dampnum si illi inciderent michi meas arbores... Et sum liber homo, et sum de syndicato Bernardi, et credo quod bene solvam meam partem expensarum, si michi imponeretur pro comuni».

Trentinus de Rivano de Castellano... «a mea recordancia citra que est XXX annorum et plus»... Interrogatus quoniam scit ea que dixit, respondit: «Quia possunt esse circa XXII annos quod homines de Archo venerunt apud Brionum, in plebatu Ripe ad incidendos arbores ad suum pontem, et sic sonavit rumor, et sic homines de Ripa statim exiverunt cum armis per comune, et ego illuc ivi cum eis, et invenimus quod illi de Arco iam ducebant arborem unum nogarium quem inciderant, et sicut homines de Ripa, scilicet dominus Galicianus et Bertollomeus quidam et Albertinus de Malcoredo et alii boni homines ceperunt dicere et dixerunt contra homines de Archo quod malefaciebant... et ibidem vidi quemdam Montenarium de Archu

^{yyyyyy} de Ripa *nel ms.*

^{zzzzzz} sut *nel ms.*

^{aaaaaaa} vicerent *nel ms.*

^{bbbbbbb} de Ripa *nel ms.*

^{ccccccc} *Leggi Alexandro.*

et dominum Albertum de Mitifoco et alios satis, et sic illi de Archo fugierunt et dimiserunt arborem in pratis de Ripa; et sic alii homines de Archo ceperunt venire cum armis, et illi de Ripa fuerunt contra eos, et fuit ibi, in contrata fontane de Pascerono, magnum sturmenum de lapidibus, lanceis et pilotis, et fuit vulneratus unus equus domini Ribaldi de Ysopo et unus alius equus Iacobi de Burçaga; et hoc fuit post prandium, ut credo; et sic qualibet pars recessit; et poterant esse illi de Archo bene centum et .L. homines et illi de Ripa erant plures; de die et mense non recordor; sed postea, die sequenti, homines de Archo, sicut audivi dici, fecerunt maximum warnimentum cum hominibus de Cavedane et de Nacu et de Turbule et aliis suis amicis... hoc anno venerunt furtive apud Brionum et inciderunt arbores Bernardi Palme et Graciadei de Witardo, sicut dicitur»...

Bonacossa qui fuit de Lacesio, modo habitator Ripe... «ego sum de syndicatu Bernardi et debeo solvere meam partem expensarum, sicut facient alii mei vicini»...

Ottobonus de Renuardo... «a mea recordancia citra que est XXX annorum et plus»... «statim illi de Ripa pro comuni armata manu exiverunt foras, et ego ivi cum eis... fuit post prandium et duravit satis sturmenum»... «audivi dici quod hoc anno furtive inciderunt unam nogariam Graciadei de Witardo et unum arborem Bernardi de Palma, sed ibi non interfui; et dicitur quod venerunt ad Ceulem furtive et devastaverunt ibi arbores olivarum, se non pro facto pomtis, sed pro werra, sicut dicitur»... «credo quod haberem dampnum si illi de Archo inciderent meas arbores»...

Galicianus Rapa... «Quia scio quidam homines de Archo venerunt in Briono et inciderunt arborem unam nogarie filii Pyni et ipsam ducebant, et sic sonavit rumor apud Ripam, unde homines de Ripa communiter cum armis exiverunt foras, et ego ivi cum eis, et invenimus quod ducebant arborem, et sic homines de Ripa, scilicet Bertollomeus de Narigosio et alii quamplures ceperunt dicere contra homines de Archo... iam sunt XXV. anni... a mea recordancia citra que est XLV. annorum»... «Ego sum de Ripa et de syndicatu Bernardi... Bene haberem dampnum si inciderent michi meas arbores»...

Benitevogius qui fuit de Lacesio, iuratus dicit: «Scio quia iam sunt XXV anni quod veneram apud Ripam cum mercato, scilicet cum blava et sale, et sic stante ego in p...^{ddddddd} Ripe audivi rumorem, quia dicebant quod homines de Arco venerant ad incidendum arbores illorum de Ripa in Briono pro faciendo suo ponte; et sic homines de Ripa comuniter ceperunt exire cum armis et venerunt versus Brionum, et ego tunc et Bardolinus de Lacesio et Raynaldus de Bonacio et Spinellus quidam de Lacesio cepimus arma et ivimus usque ad molendinum aque de Binudo, et ibi fuimus combinati Iacobum de Borçaga, qui iam reddibat retro cum uno equo percusso, et Albertinum de Malcoredo erat cum ipso, et dixerunt quod magnum stormenum fecerant cum illis de Archo, et quod acceperant arborem illis de Archo, et sic reddivimus retro; aliud inde nescio. Ego sum in syndicatu Bernardi, et non debeo solvere meam partem expensarum istius cause, nisi michi imponerentur per comune. Ego habito in Ripa a duobus annis citra. Non debeo sentire dampnum vel lucrum in hac causa. Ego bene habeo XL annos et plus». Interrogatus si haberet dampnum si illi de Arco vincerent, respondit: «Non, quia non habeo arbores. Nescio si homines de Arco habeant ius incidendi de dictis arboribus illorum de Ripa neque quod sint in possessione incidenidi, neque scio si hoc anno inciderent arbores in plebatu Ripe».

Lodranus^{eeeeeee} filius Muffe de Ripa... «Item scio quia vidi quod homines de Ripa steterunt liberi et sunt liberi et eorum comune, iam sunt .L. anni quorum recordor»... Interrogatus si illi de Arco sua auctoritate soliti sunt accipere de fructibus et herba et lignis super possessionibus hominum de Ripa, respondit: «Non, nisi illud faciant furtive et per violenciam, immo si inveniuntur inpignorantur. Et bene sum de Ripa, et bene sum sub syndicatu Bernardi»...

Pedoçana Bellençanus de Ripa, iuratus dixit: «Ego scio et vidi et interfui quod homines de Arco venerunt in Briono et inciderunt de arboribus hominum Ripe, et ita exuerunt homines de Ripa cum armis, et ego eciam, et invenimus istos qui inciderunt arbores, et accepimus eis arborem in pertica Vale, et fecimus ibi remanere et vulneravimus quendam hominem ibi; et exiverunt homines de Arco cum manu armata contra nos, et fecimus cum eis magnum stormenum, et vulneravimus ibi unum equum et unum interfecimus, et incidimusⁿⁿⁿⁿⁿ funes et fugavimus eos; et illa faciebant nobis per vim». Interrogatus si dimiserunt ibi lignum illud, respondit: «Sic remansit usque ad sequentem diem, et venerunt illi de Arco in mane cum manu armata, forti et per vim deduxerunt arborem; de die non recordor, et fuit in terciâ, de mense non recordor; et iam sunt XX anni et plus quod fuit; et multi interfuerunt». Interrogatus quot vicibus interfuit ubi homines de Ripa fugarent et deffenderent ne illi de Arco acciperent et inciderent arbores, respondit: «Alia vice eciam interfui, sed parvus puer eram»... «Audivi et interfui contradictioni... Item scio quia vidi quod commune Ripe liberum

^{ddddddd} Lacuna di una parola.

^{eeeeeee} La trascrizione della deposizione di questo teste, di quello successivo e di altri due (nn. 30, 31, 33, 37) è eseguita da uno scriptor diverso da quello che ha redatto tutte le altre. Quindi nella parte finale i due scriptores si alternano nella redazione. La scrittura di questo nuovo scriba è più calligrafica, meno corsiva.

ⁿⁿⁿⁿⁿ Inizialmente indicimus, poi di cancellato con tratto sottoscritto.

est et stetit in possessione libertatis, iam sunt .XL. anni quorum recordor»... «Et bene sum de Ripa et non sub syndicatu Bernardi»...

Oldoricus de Basilico... «et fuit ibi vulneratus unus equus domini Ribaldi de Ysopo et unus equus domini Iacobi de Borçaga, sicut vidi illum domini Iacobi, et ego fui in ipso sturmeno cum armis... Item scio quod comune de Ripa liberum est et in possessione libertatis stetit, a mea recordancia citra que est XL. annorum»... «Ego sum de Ripa et sum de syndicatu Bernardi Palme... Bene haberem dampnum si illi de Arco inciderent meos arbores»...

Otobonus de Ripa... «Item audivi a vicinis meis quod acceperant funes hominum de Arco et vulneraverant equos suos, pro eo quod veniebant ad incidendum arbores, et repellebant eos aliquando sine dampno facto eis, sed non interfui»... «Et bene sum de Ripa, sed nescio si sum sub syndicatu»...

Borçaghinus de Ripa, iuratus dict: «Scio quod recordor quod sonavit rumor quod illi de Archo venerant in Briono ad incidendum arbores ad opus sui pontis; et sic homines de Ripa fuerunt ad arma et cucurrerunt illuc et fecerunt magnum sturmenum cum illis de Arco, et pater meus illuc ivit; et vidi quod quando pater meus reversus fuit quod erat vulneratus de uno pilloto, et dicebant quod Salatinus de Archo ipsum equum vulneraverat in ipso sturmeno, sed ibi in ipso negotio non interfui»... «Item scio quod comune de Ripa liberum est, et semper a mea recordancia citra que XXV. annorum et plus»... «Non fui ad expugnandam terram de Arco nec ad destruendandam suam blavam, sed bene fui illuc quando illi de Iudicaria fuerunt ad Arcum, sed non pro expugnanda terra, sed ut facerem ipsos reddere retro». Interrogatus si illi de Arco vincerent causam si ipse testis inde haberet dampnum, respondit: «Sic haberem, ut mei vicini de re comuni; bene credo quod haberem dampnum si illi de Arco inciderent michi meas arbores»...

Bonus Iohannes feirrarius... Interrogatus quoniam hoc scit, respondit: «Quia egomet cum hominibus de Ripa illos caciavi de loco Brioni, in quo venerant; de alio loco non recordor; et iam sunt XXV anni quod hoc fuit. Item scio quod tunc homines de Ripa fecerunt magnum sturmenum, et hoc scio quia ibi interfui... Et illi de Ripa erant bene LX. homines cum armis; nescio quot essent illi de Arco; ipsi non fecerunt stormennum quod inter se facerent malum quod viderem, quia illi de Arco fugierunt»... «per totum meum tempus quod recordor quod est L annorum»... «Ego sum de Ripa et de syndicatu Bernardi Palme... bene credo quod haberem dampnum si illi de Arco vincerent causam et si inciderent michi meas arbores, si non haberent inde rationem»...

Ambrosius de Ripa... «Ego non interfui syndicatui Bernardi, sed sto in Ripa et sum de illa communitate... bene haberem dampnum si inciderent de meis arboribus, sed ego peterem rationem de ipsis si michi inciderent»...

Durentus de Ripa... «Item scio et vidi quod comune Ripe liberum est et stetit in possessione libertatis iam sunt XXX. anni quorum recordor»... «Sum de Ripa et nescio quod sum de syndicatu Bernardi»... Interrogatus si homines de Archo inciderent arbores suas si haberet dampnum, respondit: «Sic, si non haberent ius»...

Pigoçus de Ripa iuratus dixit: «Ego scio et vidi bene quod homines de Ripa exiverunt cum armis ad vetandum illis de Archo quod non inciderent arbores hominum de Ripa, et vidi de longe quod homines de Ripa fecerunt stormennum cum illis de Archo... in pertica de Vale» ... «Item scio et vidi quod comune de Ripa est et stetit in possessione libertatis iam sunt .L. anni quorum recordor... sum de Ripa et sub syndicatu Bernardi... haberem dampnum si illi de Arco inciderent meas arbores»...

Iohannes de Waldo qui fuit de Ripa, iuratus dicit: «Ego fui de Ripa et stetit ibi bene per XX annos et plus»... «et sic exuerunt foras omnes, et ego illuc cum eis ivi cum armis volentes eis prohibere ne inciderent arbores aliquas, et cum fuimus foras ipsi iam recesserant, ut dicebatur, sed non vidi homines de Archo aliquos, quia recesserant, ut dicebatur; et iam sunt XX anni et plus quod hoc fuit»... «Non sum sub syndicatu Bernardi»...

1240 settembre 7, Trento, nel palazzo vescovile.

Bartolomeo da Alba, giudice per conto di Sodegerio di Tito, podestà di Trento e del vescovado trentino per l'imperatore, emana una sentenza in favore della comunità di Riva e quindi vieta agli Archesi di tagliare o prendere alberi nel territorio di Riva; condanna inoltre il sindaco della comunità di Arco al pagamento di 65 lire di veronesi al sindaco della comunità di Riva quale risarcimento delle spese da questo sostenute nel corso della causa.

Originale, ACR capsula 2 n. 18-b

In Christi nomine. Ego Bartollomeus de Alba, iudex domini Sedoerii de Tyto potestatis Tridenti et episcopatus per dominum imperatorem, cognoscens causam que vertebatur inter Ugucionum de Archo, syndicum et procuratorem et nuncium hominum et comunitatis plebis Archi pro ipsis hominibus et comunitate plebis Archi ex una parte, et Bernardum Palme, syndicum et procuratorem hominum et comunitatis Ripe pro ipsis hominibus et comunitate Ripe ex altera, que talis erat quia Ugucionus pro dictis hominibus et comunitate plebis de Archo petebat, contra dictum Bernardum syndicum et procuratorem dictorum hominum comunitatis Ripe, quod interdictum factum dictis hominibus et comunitati plebis de Archo per dominum Bartollomeum de Alba iudicem quod non tollerent nec inciderent de arboribus seu lignamine hominum Ripe nec in plebatu ipsorum, pro comuni nec pro indiviso pro ponte Archi construendo neque occasione ipsius pontis, removeatur et tollatur et debeat removeri ac tolli, et quod ipse Bernardus pro dictis hominibus et comunitate Ripe dimittat ipsum Ugucionum pro dictis hominibus et comunitate plebis Archi et ipsos homines et comunitatem in tali possessione vel quasi de incidendis et tollendis dictis arboribus et lignamine in dicto plebatu Ripe ad dictum pontem construendum, sicut hactenus steterunt et fecerunt cum manifeste constet quod dicti homines et comunitas plebatus Archi illud fecerunt et in tali possessione incidendi dictos arbores seu lignamen et tollendi hominum de Ripa in dicto plebatu Ripe ad opus dicti pontis per decem et viginti et per triginta et quadraginta et sexaginta annos et per tantum tempus cuius non extat memoria hominum, in pace et quieto sine aliqua contradictione; que omnia dicebant etiam liquido constare per testes quos in causa produxerant et quod per predictum tempus habuerant et optinuerant in consuetudinem longam incidendi et tollendi de dictis arboribus et lignamine, et quod homines de Ripa et specialiter dictus Bernardus sepe et sepius designaverant hominibus de Archo de arboribus ponitis in dicto plebatu et hominum Ripe, quando illos incidere et tollere volebant ad opus dicti pontis, allegans et dicens ipse Ugucionus quod, propter lignamen et arbores quod et quas ita incidebant et incidere debebant et tollebant, pons predictus de Archo erat liber et absolutus, quod predicti homines de Ripa et de plebatu Tenni et Cavedani et aliorum locorum in quibus similiter tollebant et incidebant dictum lignamen, aliquid solvere non debebant. Quare predictis rationibus et aliis dicebat dictum Bernardum pro dictis hominibus et comunitate Ripe in dicta petitione debere condemnari et dictum interdictum factum et scriptum per Obertum notarium penitus debere removeri, et a petitione quam fecit dictus Bernardus debere absolvi. Ad quod respondebat dictus Bernardus, syndicus et procurator hominum et comunitatis Ripe pro ipsis hominibus et comunitate Ripe, quod nolebat quod dictum interdictum debeat removeri, petens ipse Bernardus pro dictis hominibus et comunitate Ripe contra ipsum Ugucionum syndicum hominum et comunitatis plebis de Archo et contra ipsos homines et comunitatem quod per sententiam debeat pronunciari et pronuncietur quod non debeant incidere nec tollere arbores nec lignamen hominum de Ripa nec in plebatu Ripe ad dictum pontem faciendum nec construendum, et quod non vult ipsum Ugucionum pro dictis hominibus et comunitate plebatus Archi in dicta possessione dimittere; dicens dictus Bernardus quod homines de Ripa cum armis semper fuerunt contra homines et comunitatem plebis Archi quocienscumque voluerunt venire et venerunt in plebatu Ripe ad incidendum et tollendum de dictis arboribus et lignamine, si homines de Ripa illud sciverunt et intellexerunt, repellentes ipsos et tollentes eis arbores, si aliquas ibi inciderant; dicens quod predicti homines de Archo nec comunitas nec homines plebatus Archi steterunt in dicta possessione aliquo tempore; et si ibi venerunt et inciderunt, semper fuerunt repulsi quodcumque ibidem venerunt et homines de Ripa illud sciverunt, vulnerantes homines de Archo et equos ipsorum interficiendo. Que omnia dicebat se legitime probasse per testes quos in causa produxerat et, ponito quod venissent et incidissent de dictis arboribus hominum et in plebatu Ripe, dicebat quod hoc nullum eis faciebat preiudicium, cum hoc facerent, et ibidem venissent absconse et ignorantibus hominibus Ripe quorum erant arbores, et sic talis possessio non erat nec videbatur iusta, immo potius erat et videbatur violenta et clandestina. Quare dicebat predictis rationibus et aliis, dictum interdictum non debere removeri et quod deberet pronunciari quod dicti homines et comunitas plebatus Archi de cetero de arboribus hominum Ripe nec in plebatu Ripe nec de lignamine ipsorum ad dictum pontem faciendum nec

construendum incidere debeant, cum nullum ius in hoc faciendi habeant et cum legitime sit probatum quod comune Ripe per decem et viginti et triginta, quadraginta et sexaginta annos et per tantum tempus cuius non extat memoria, steterit in possessionem libertatis, cum omnibus suis possessionibus et arboribus sine aliqua turpi conditione facienda nec prestanda et quod est liberum.

Cum hec et alia multa ab utraque parte dicerentur et allegarentur, tandem visis testibus rationibus utriusque partis in causa hestensis et habito super hiis sapientum consilio, talem inscriptis profero sententiam, quia per sententiam pronuncio dictum interdictum non debere removeri nec tolli, et absolvo ipsum Bernardum presentem, syndicum dictorum hominum et comunitatis Ripe et ipsos homines et comunitatem Ripe absentes per ipsum, a petitione predicta dicti Ugucionis syndici, quam faciebat ipse Ugucio[nus] syndicus. Et per sententiam condempno dictum Ugucionum, tamquam syndicum dictorum hominum et comunitatis plebis de Archo, absentem et contumacem, pluribus terminis eidem primum statutis ut veniret et per emptionem ad audiendam sententiam, et non venit, et ipsos homines et comunitatem plebis predictae Archi per ipsum absentes ut eorum absentia Dei repleatur presentia, et ipsi Ugucioni per ipsos homines et comunitatem et ipsis hominibus et comunitati predictae plebis de Archo absentibus per ipsum Ugucionum suum syndicum absentem, precipio quod de cetero non debeant incidere nec tollere de arboribus de arboribus nec de lignamine hominum de Ripa nec in plebatu Ripe ad opus dicti pontis faciendum nec construendum. Et quia victus victori condempnandus est in expensis, dato sacramento dicto Bernardo et ab eo prestito quod expenderat in hac causa sexaginta et quinque libras Veronensium, primum facta taxatione, per sententiam condempno dictum Ugucionum, tamquam syndicum dictorum hominum et comunitatis dicte plebis Archi, absentem et contumacem, et pro ipsis hominibus et comunitate et ipsos homines et comunitatem per ipsum in sexaginta et quinque libris Veronensium dandis et solvendis dicto Bernardo hinc ad duos menses.

Data est sententia in anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo, indictione XIII, die veneris septimo intrante septembri, in Tridento, in palatio episcopatus, in presentia dominorum Iordani, Eçelini, Iohannis iudicum, Olrici comitis de Flaono, Albertini de Castronovo, Iacobi, Rodulfi, Çuchelli, Delavancii notariorum pluriumque aliorum testium.

(S) Ego Obertus de Placentia notarius sacri palatii huic interfui et de mandato dicti domini Bartollomey de Alba iudicis hanc sententiam ita scripsi, publicavi et autenticavi in publicamque formam reduxi.

